



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Henrici || Svsonis Viri Sanctita-||te, Ervditione Et
Mi-||racvlis Clari, Opera**

Seuse, Heinrich

Coloniae, 1615

Libellus optimus de Nouem Rupibus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38029

D. HENRICI

SVSONIS VIRI SANCTIS-
SIMI LIBELLVS DE IX.

RVPIBVS.

PRAEFATIVNCVLA IN LI-
bellum de IX. Rupibus.

Nsignes huius operis ac memo-
ratu dignas Institutiones, qua-
so, mortales omnes serio anim-
aduertant. Quisquis enim li-
brum hunc à capite vsque ad
calcem serio perlegerit, aut
lectitari audierit, is sanè emen-
dare se compellitur, nisi sponte ac dedita opera velit
inuis emori. Quod si pius est, cupitq; sese ad DEVM
conuertere habet hic, vnde perspicue doceatur, modo
velit aduertere, quo itinere ad suam debeat originem
vel principium, nempe DEVM, proficisci. Facile
haec hic discere licet, vbinam quis hereat etiam-
num, aut quibus rebus impediatur, quid eum capti-
uum ac irretitum detineat. Adeoque mortalibus qui-
buscunque liber hic scriptus est, siue peccatis im-
pediti, siue sanctitate etiam quamuis eximia pradi-
ti: id quod intelligent, si legere non recusabunt.
Quatuor autem quaedam complectitur, quorum pri-
mum est, vt quidam amicus DEI ad hunc con-
scribendum librum diuinitus adactus sit: Alterum,
vt peregrina illi simulacra vel visa proposita sint:
Tertium, vt eorum qui fidem Christi proficetur, vitia
perspicue cognouerit: Quartum, vt praesulum quendam
mont. 175

montē conspexerit, IX. distinctū rupibus, quarum singulas Christiani molebant, erantque alia ad sublimiores, donec in ipsum montis supercilium pertingeretur.

VT AMICVM QVENDAM SVVM
Deus compulerit hoc opus con-
ficere.

CAPVT I.

Quodam tempore in Aduentu Domini ante Saluatoris natalem diem contigit, vt quidam admodum manē diuinitus admoneretur intrō se recipere. Is vt erat admonitus, serid id egit, secreti cuiusdam loci, vbi precari solitus erat, ad id secessu petito. Vbi igitur intrō se recepit, miræ quædam & rara ac peregrinæ illi formæ vel simulacra proponebantur. Vnde non parum territus, clamauit ad Dominum: Quidnam, inquires, mi Domine, peregrinis hisce formis ac imaginibus tibi vis? Scis nimirum nihil me præter te vnum, amore complecti, nihil nisi te concupiscere, spectare & velle. Sicq; modis omnibus visis illis se se opposuit. Quod cum enixus ageret, formæ magis ac magis multiplicabantur. Et postquam ita questus erat Domino, atque aduersus formas illas renitebatur, intus ei dictum est: Noli contra hæc visa seu imagines luctari. Feras eas omnes modò necesse est, aut donec videris non te relinquent. Tum ille ad Dominum: Quæso, ait, amantissime Deus, ne indignè ferar. Fiat voluntas tua. Mox igitur vbi suam Deo permittit

Math. 6 & 26

permittit voluntatem, admirandas hasce & peregrinas intus sibi exhiberi sensit formas vel imagines: neque tamen visio hæc saluationis Angelicæ spatium excessit. Quamobrem exterritus valde, ait: Pijssime Deus, quid sibi volunt hæc visa admiranda? Respondit Deus: Non nisi similitudines quædam eorum sunt, quæ iam visurus es, quæ quidem isthæc multum excellent. **HOM.** Siquidem, mi Domine, plura adhuc mira perspecturus sum, vereor ne graui corporis valetudine id luere me oporteat. Neque ignoras creaturis omnibus me nuncium remississe, quo vera ex obedientia tibi vni ad mortem vsque in omnibus adhæream. **D.** Agè iam patefac interioris obtutus tuos, & vide. Quibus dictis, mira omnia, quæ subiungentur, homini illi ostensa fuere. Qui ingenti terrore correptus est. Porro visio isthæc vix tanto durauit tempore, quanto solet Missæ sacrum cantando absolui.

HOM. Nôsti Domine, nullam me præter tuam vnius consolationem appetere. Quid ergo isthæc mira sibi volunt? **DEVS.** Iam experieris omnia, quæ post hîc scripturus es. His auditus, admodum corpore languere cœpit, aitque ad Dominum Homo: Vehementer equidem mi Domine perterritus sum. Nam vt apparet, grauiter in Christianos iratus es, quorum melane ex animo miseret. O si pro illis te obsecrare auderem, tamen me indignum agnosco, **D.** Quæcunque vidisti, in scripta redigere debbis, idque pro Christianorum salute & commonitione. **H.** Ecquid mi Domine hoc proderit? **Habent codices innumeros, multosque**

Z. 2 Docto-

Dei in homi-
nes benigni-
tas quanta.

Doctores: sed quæcunque eis dicuntur, in ven-
tum tantum proferuntur, nec alicuius ea pen-
sant. D. Ne sic loquaris. Tanta est Dei in ho-
mines benignitas & amor, vt priusquam, quæ-
tum in ipso est, vnum aliquem mortalium pe-
riri sineret, modo fieri posset, libens denud il-
lius causa mortem pateretur. Vnde tamen non
nisi vnus duntaxat hinc ad meliorem esset vi-
tam reducendus, at nihilo minus libenter illa
scriberes, etiam si acerbam propterea mortem
tibi nõsses perferendam. Territus his Homo,
ait: Per immensam te oro misericordiam tuam
Deus, liceat mihi hac descriptione supersedere.
D. Quid ita? H. Scio Domine, multos te habere
Doctores, qui hanc prouinciam & ausint & pos-
sint in se recipere. Ego verò miser planè sum,
neque commode isthæc alijs proferre noui. D.
Non putes te esse primum, per quem Deus Ec-
clesiæ suæ suam communicarit gratiam. Patet
hoc Deus etiam per plures alios, nihilo te peri-
tiores. Itaque te ipso abnegato, iam incipe ma-
num ad mouere operi.

Ho. Quæso, mi Domine, liceat abstinere, pre-
ce tua: siquidem indignus sum, atq; lacrymæ
tibus oculis: Pijsime Deus, hac in parte oro
parcito mihi, quicquid præterea voles, faciam.
equidem ac libens. Vereor enim, ne huius scri-
ptionis occasione quippiam mihi hostis in-
gerat.

D. Tribue honorem Deo, nec inde quicquid
tibi irroges: & quicquid deinde hostis tibi in-
gesserit, id temptationis loco accipe. potiusque
hac in causa, atque in alia, patiens esto. Non enim
debet quisquam à cruce velle absolui, do-
net

Nota.

nec absoluatur à Deo. H. Non id iam ago, vt
 crucem subterfugiam. D. Ergo nunc incipe,
 malisque hanc ferre crucem, quàm aliam. H.
 Ne quæso irascaris Domine. Equidem valde
 inuitus hoc aggredior ob pusillanimitatem
 meam. D. Quid verò tibi assumas aut arroges
 homo miser ac putidè? Concede honorem
 Deo, nec quicquam tibi vsurpes, ac prorsus in-
 de liber esto. H. Timeo, ne Christiani ceu vana
 ac mendacia rejiciant quæ scripturus sum. D.
 Eam curam in Deum rejicias. Certè re ipsa a-
 pud sese comperient, non nisi vera te scripsisse.
 Neque hoc nostrum colloquium sanctæ Ec-
 clesiæ aut sacris literis repugnat. Immo Catho-
 lica fides habet, Deum tum in veteri, tum in
 nouo Testamento mira & magna cum suis a-
 micis specialibus operatum. Cur ergo hodiè
 non illi liceat, vbi velit, & quid ac quomodo
 velit, efficere? Age igitur scribendi munus ag-
 gredere, certus nimirum, annis centum Chri-
 stianæ Ecclesiæ id neuiquam æque necessariū
 fuisse: quando hac tēpestate vitā Christiani a-
 gū maximè periculosa. Ergo, vt dixi, ad scri-
 bendū accingere. H. Admodum ab hac re meus
 abhorret animus Domine: nisi me coēgeris,
 nunquam id efficere poterō. DEVS: Compellet
 igitur te Deus omnigena spiritus & corporis
 afflictione. H. Iure meritoq; patiar, quicquid
 tibi visum erit. D. Vt cunq; rem protrahas, ali-
 ter fieri nō potest, quin scribendi fungaris offi-
 cio. H. Ingratis & nolēs id ago Domine, tua pa-
 ce dixerim. Enimvero me vilē nimis atq; huic
 excellenti subeundo negotio imparē agnosco:
 atq; me medullitus perterret. D. Nisi inobe-
 dien-

dientia isthac tua ex humilitate proficisceretur, iam in tartara mergereris. H. Si fieri potest, oro vti, ne scribere me compellas. D. Vt video compellendus es. Per sacrosanctam Trinitatem iubeo, vt absque mora iamiam hac ipsa die scribere incipias. Perterritus homo, sic ait: Ego miser vermiculus sum, adeoque plane indignus, qui in creaturis tuis numerer: tibi que mos gerendus est. Heu me miserum. Quæso amantissime Domine, ne ad vllius vnquam creaturæ notitiam perueniat, per quem ista scriberis. Et quia, Deus suauissime, scribendum est, licetne amicabiles hasce exprimere voces, quibus te compello, vt quod te amantissimum Dominum voco?

D. Maximè verò: Amicorum DE I familiaris amor & amicabilis familiaritas erga Deum hic incipit, perseveratq; in æuum sempiternum. Si quid autem inciderit, quod prima fronte nõ probè capias, ex me scisciteris: & confestim explicabitur. In his vndecim Hebdomadibus sæpius accidit huic homini, vt se mox emortuum putaret, crebroque tam occultis est affectus morbis, vt scribi vix possit. Sanè si quis totum hoc colloquium, mira que ea omnia, quæ his vndecim Hebdomadibus inter hominem istum & eius dilectum Deum intercessere, antequam eò adduci posset, vt se scripturam reciperet, explicare vellet, grande volumen confici possit. Hoc interuallo temporis frequenter compulsus est à Deo cuncta hæc mira conspicere, quæ hoc libro continentur. Qua autem hora Christianorum omnium siue sanctæ Ecclesiæ vitia & peccata perspexit, ex hoc ipso

ranta

tanta medullitus debilitate affectus est, vt se illic spiritum redditurum putaret. Finitis autem his vndecim hebdomadis, cum seuerum diuinitus præceptum accepisset, dixit illi Deus: Jam nuncea, quæ vidisti & audisti, in scripta redigas. H. Libenter morem tibi geram Domine, & in tuo nomine scribere incipiam.

Ut anima à Deo creata, pro maxima parte sese à Deo auertant, & per vitia in interitum aberrant, adeo vt vix paucissima redeant ad suam originem Deum.

CAPVT II.

DEVS: Agedum aperi nunc internos oculos tuos, & adspice vbinam sis. Sub his verbis, vidit hic homo montem quendam miræ magnitudinis, sublimitatis ac amplitudinis in cuius fastigio aqua instar maris profunda fuit, adspectu quidem pura & perspicua, in eaq; natantes pisces innumeri pusilli & grandes: ostensumq; est illi, in quadam montis extremitate ingentes vndas illas è supernis in celsum illum profluere montem, ad cuius verticem dum pertigissent, per præcellas rupes in vallis profunda ruebant, ita vt pisces simul decedentes, admodum attererentur, eratq; vndarum ex rupibus in rupes decedentium fragor ac impetus visu & auditu terribilis, hominemq; istum ingenti concussit horrore. Vidit etiam pisces multos satis in montis cacumine in vnum conglomerari, sicq; vna cum aquis in vnam vsque vallem per rupes singulas delabi

Z. 4. præ-

precipites. Itaque homo iste terrore correptus ait ex imo pectore ad Dominum: Dic mihi a mantissime Deus, quid sibi vult grandium horum piscium conglomeratione atque in unum collectio, & subita vna cum undis per hanc præcelsas rupes in ima prolapsio? D. Vastum atque ingentem hunc montem creavit, constituitque Deus, ut sit horum piscium origo. Piscium autem eorundem hæc natura est, ut postquam iustam sunt adepti ætatem, in unum collecti aduersum sese dimicent. sicq; cum undis in ima labuntur.

H. Quò verò tum pertingunt, aut quoties procedunt? Cernebat interim homo iste mementes pisces in valle, atque per flumina decurrentes: quanto autem longius processissent, tanto magis semper eos numero imminui. Si quidem ubique locorum extensa eis erant retia, quibus alij post alios capiebantur: nata autem per flumina omnes donec in mare pertingerent, per quod similiter peruagabantur. tamq; vix media pars superesse videbatur, cæteris captis ac irretitis, dum nimis incustodite ac dissolutè promanarent. Ait autem summa cum admiratione homo iste ad Dominum: Videntur pisces isti maris extrema attigisse, nec iam facile posse ultra progredi.

D. Ita se res habet. Nimum sanè progressi sunt. Antequam ad suam reuerti poterunt originem, ad tantam redigetur paucitatem, quod ipse admiraberis. Vidit igitur reuerti pisces, atque per mare, cunctaq; flumina regredi: quantoque fiebant propiores, tanto reddebantur pauciores, eo quod ubique per omne iter lo-

qui innumeri tenſerant, quibus detineban-
tur & implicabantur. Vbi verò ad montis ra-
dicem reuerſi ſunt, tam pauci erant vt ex mille
vix vnus rediſſe videretur. Deinde conſpexit
eos per immanes illas ab alto ruentes vndas
ſurſum proſilire, ex valle in montem, idèq; tã-
diu, donec ad proximam perueniſſent rupem,
ex qua rurſum in altam exiiebant, ſed multi
in hanc duram recidebant rupem, penitusque
emoriebantur, ita vt pauci numero remane-
rent. Qui autem manſere ſuperſtites, continuè
ſuper ſeſe per aquas deſluentes tendebant ad
montis ſuperiora, in eòq; ſtudio perſeuerabãt,
donec aliquam multas, eaſq; ſublimes, excel-
ſiſſent rupes. Quibus omnibus maxima cù dif-
ficultate ſuperatis, tum demum ad celciſſimam
quandam pertigere rupem.

H Dulciſſime Deus, etiã me hanc rupẽ scan-
dere debebunt? D. Immodò ſanè. Enimuerò hæc
eis natura ineſt, vt etiã ſi vitæ diſcrimen ſub-
cundum ſit, non ceſſent neque deſiſtant, donec
ad ſuam reuertantur originem. Et per plures
cum vitæ periculo ſurſum natate ac proſilire,
atque huius excelsæ rupis acumen apprahen-
dere nitentur: ſed quoties ſurſum exiiebãt,
toties aliqui ex eis relabebantur in infimam
vique rupem, vita penitus extincta: ſicque pau-
ciſſimi ad ſupremæ rupis verticem perſerebã-
tur. Quorquot autem eam apprahenderunt, ab-
ta in montis faſtigium. vbi mare erat confu-
gebant, atque illic in ſuam erant reuerſi ori-
ginem. Quo cum perueniſſent, pene viribus o-
mnibus deſtituti videbantur.

H. Quid eſt, Domine mi, quod tam pauci huc
Z 5 perti-

perlegerunt, iidemque plane debiles, ac viro
penè omnes amiffisse videntur? D. Id eis ob ma-
gnam affcendendi laborem atque animi con-
tentionem vsuuenit. Postquam verò huius ru-
pis verticem consecuti sunt, ob appràhenfam
originem suam tãto replentur gaudio, vt mox
viribus præ lætitiã cõualefcant: quamuis pau-
ci sint, vsque adeo tamen fœcundi redduntur,
vt tanta ex eis piscium oriatur multitudo, quibus
omnes huius montis vndæ repleantur. Et
quotquot pisces ad hunc reuertuntur mœrem,
colorem mutant & vbi in suam rediere origi-
nem nomen aliud accipiunt.

*Quemadmodum homini isti totius Ecclesiã vi-
tia ostensa fuerint.*

CAPVT III.

HOMO: Nõsse velim Deus benignissimè
atque suauissimè, quidnam mira hæc si-
gnificent. D. Nihil sanè aliud, nisi vt quæ
periculose ac miserè hodiè viuunt homines, &
quantis in periculis Ecclesia verferur, agnos-
cas. Vehementissimè territus Homo, ait ad Do-
minum: Toto corde & animo Deus clementis-
sime te oro & obsecro, vt mortis genus longè
acerbissimum ac ignotissimum, quale nemo
vnquam perpessus sit, mihi accidere permit-
tas, tantum vt miseræ Ecclesiæ tuæ miseriaris.
D. Absit absit. Vides tamen quàm parum pro-
fit, Deum ipsum mortem obiisse, quid igitur
tua mors conferre queat?

H. Confido planè, morte tua etiamnum plu-
ra

res seruari. D. Longe pauciores sanè, quam hoc periculoso seculo Christiani persuasum habeant.

H. Equidem spero Domine, modò Ecclesia sua agnosceret vitia & errata, neuiquam ea admitturam esse. D. Nihil hoc eos excusat. Quis-

quis enim id ætatis attigit, vt rationis compos

is cuncta Christianæ religionis instituta & decreta nôsse & seruare obligatus est. H. Reuerà

Domine, vt presens sese tempus habet, tremendum est valde quod ais. D. Quin ipse iam videas oportet, quibus periculis Ecclesia obuoluta est, vtque hac tempestate viuant Christiani omnes contra leges, constitutiones & decreta omnia, diuini timoris prorsus immemores

et expertes. H. Si id abs te impetrare licet, obsecro Domine, ne mihi hæc videre contingat. Nam alioqui tot & tanta iam noui, vt quoties

eorum mihi subit cogitatio, vt vires omnes amittam.

D. Videas ea necesse est: neque stolidos modo & fatuos conspicias, sed etiam eos, qui virtutis aliquam speciem præ se ferunt, & sunt bona præditi voluntate, vt ijerretiti sint, & quibus

adhuc distineantur ne vltra procedant. H. Fiat Domine in omnibus ita vt vis.

Ut animæ insciantur peccato originali, & de querimonia & comminatione Dei aduersus Ecclesiam in omni statu corruptam.

CAPVT IV.

Age iam adspice oculis internis, vbinam sis. Sub his verbis perspexit homo iste procul

Adque homo
rationis cō-
pos cognof-
cenda & ser-
uanda obli-
getur.

cul se abductum in vallem quandam, ad montem immanis ac horrendæ celsitudinis, qui cacumine cælum contingere videretur. In ipso autem monte ingentes ac præcelsas vidit rupes alias alijs sublimiores, idque ad montis vultum verticem, & in harum singulis homines demorabantur. Simul etiam formas quasdam elegantissimas grandi numero è summo in terram usque delabi adspexit, quæ ubi terram attingissent, instar carbonum nigræ officiebantur, cum tamen quamdiu in monte fuissent, tantum nitent splendore ac pulchritudine, ut vix eas aciem posset intendere. Ait ergo ad Deum: Quid sibi vult res isthæc mira Domine Deus?

D. Formas istas tanto nitentes decore, & claras esse noueris animas, à Deo ad ipsius imaginem & similitudinem creatas: quæ postea à sua origine vel principio prodire, ubi nunc minx conceperint & corpora in earum vultibus formata sunt, quemadmodum naturæ ordo habet & diuinitus constitutum est, compositum à Deo ipsis corporibus infunduntur, moxq; originalis peccati macula foedantur.

H. Quid igitur mons iste sublimis & immanis, quid item rupes terribiles ac immanes voluit? D. Etsi non hac vice, tamen quandoque adhuc ipsemet videas oportet, quanto in delicto crimine tota Ecclesia & mortales omnes constituti, paucis tamen exceptis, vix hisce corporibus cuncta Ecclesiæ instituta & decreta pessum ierint atque neglecti habeantur, quam denique pauci hodie reperiantur, qui Deum in honorem spectent & aucupentur. De his

ata etiam fuere isti homini vitia quædam occulta admodum, quæ ob hominum imbecillitatem ac in mala procliuatatem, non fuit aulis scripto exprimere: quæ quidem vehemensissime eum perterruerunt, tantaque eum cepit hominum errantium miseratio, vt ingens eum occuparet dolor & angustia, & lachrymarum imbres profunderet, atque aded debilis redderetur, vt se moriturum putaret. Redditus deinde sibiipfi, occulta quædam diuinitus ei virtus siue robur collatum est: atque ita surgens, in modum crucis humi se prostrauit, & exiitque ad Dominum: Amantissime ac merendissime DEVS, si quidem tuæ esset gratum voluntati, libens hodiè cor, animam & corpus pro Ecclesia exponerem, vt illius mi misereri dignareris, eaque in melius sese reformaret.

D. Et quid tua mors profuisse queat, quando ego ipse totum sanguinem meum profudi, & turpissimam excepi mortem, neque tamen fructum aliquem, aut certè perexiguum id referret in huius æui hominibus? Iam enim tuus oblitus sunt mortales penè omnes, & tantum impie iurando ac blasphemando eam commemorant.

H. Per acerbissimam mortem tuam DEVS benignissime miserere Ecclesiæ tuæ. D. Et qua tandem ratione isthæc dissimulare aut perpeti potero? Tu ipse iam vidisti, quàm dissolutè, quam periculosè & absque vlllo DEI timore vitam exigant suam. H. Spero Domine adhuc permultis verum DEI inesse timorem.

D. Quisquis DEI timorem habet, nihil
facit

facit contra Deum. At nunc Christianæ religionis instituta & sanctiones contempti habentur ab eis. Quorū quisque (oro) sic viuit hodiē, vt est primitus institutum? H. Clemens sine Deo, miserere sanctæ Ecclesiæ tuæ. D. P. Ecclesia quidem sancta precaris. Sed dic tandem, qua sanctitate præditi sunt, qui nunc Ecclesia numerantur. Adspice tum clericos tum laicos. Equidem ad summos & præcipuos te remittam.

De summis Pontificibus.

CAPVT V.

DIC mihi, iam multis annis quot summos Pontifices in diuorum numerum referri vidisti, vt solebant olim, quando in sanctissimos coram Deo euadebant? H. Quid causæ est Domine DEVS, cur minus id fiat?

*Cura summo-
rum pontifi-
cum olim
quæ quantæ-
que.*

D. Summi Præsules superiorum temporum, qui sanctorum catalogo ascribebantur, longe aliam, atque isti hodiē, ducebant vitam. Olim summa eos tenebat cura & sollicitudo, vt bonis omnibus tam spiritualibus quàm corporalibus, quæ quidem habere potuissent, S. Ecclesiæ confulerent ac opitularentur, erantque omnino priuati amoris & propriæ quæstionis expertes, & in cunctis actionibus ac omissionibus suis Dei honorem præcipue spectabant. Nequaquam tum ad cognatos & amicos, nequa ad diuitias vel honores respiciebant. Omnes conatus & actiones suas tota animi intentione in

Deum

Deum referabant, eaque perpetim voluntas in
eis perseverabat, ut ignominiosam potius op-
eterent mortem, sicut & quibusdam euenit,
quam quicquam admitterent contra Deum.
Hac verò tempestate veri ac debiti ordinis lu-
men in nonnullis penitus extinctum est. Vide
num quid maiori eis curæ sit, quam ut honor
suis integer ipsis permaneat. Vide quanta eos
sua cura occupet, quo multas sibi cumulent o-
pes, quo cognatos & propinquos suos ad ho-
nores, diuitias, dignitates ac dominia proue-
hant, potius quam ex animo Dei spectent ho-
norem. Immo verò seipsum & quæ sua sunt, po-
tius quam Ecclesiam spectent in omnibus, quæ
vel agunt, vel omittunt. Atque ea ratio est, cur
iam inter sanctos minimè referantur.

De Cardinalibus.

CAPVT VI.

DEVS : Iam porrò si horum temporum
Cardinales spectes, vides nimirum, quã-
topere eo se accommodent, eoque nitã-
tur, ut suam ipsis gratiam præstet Deus, occul-
taque opera sua in eis efficiat. Avaritiã & su-
perbia occæcati sunt, cognatosque & consan-
guineos suos ad magnos promouent honores
& dignitates seculares: dantque operam, ut de-
functo Romanæ Sedis Antistite, ipsi mox in e-
ius locum subrogentur. Olim sanè mortuo
summo Præsule, Cardinales omnes medulli-
tus exterrebantur, veriti scilicet, ne Deo per-
sistente, ipsi in extincti locum adsciscerentur.

Cardinales
olim omnes
ut sese anti-
stite maximo
defuncto ge-
rebant.

Quæ

Quæ quidem humilitas ex optimo proficisceretur fundo, quod se eo munere indignos crederent: cumque aliquis Romanus Pontifex eligendus erat, cum omnibus Dei amicis supplices & obnixè rogabant Deum, pro suo honore & gratissima voluntate quempiam eis prouideret. Faciebant hoc ea de causa, quod non nisi DEI Optim. Maxim. spectarent honorem. Vbi, quaeso, hodiè talis ordo seruetur? Vt apparet, obliuioni datus est. Et tamen summos Pontifices prius diuinitus quam humanitus, vtilim solebant, eligi oportere.

De Episcopis.

CAPVT VII.

DEVS: Deinde adspicias velim Episcopos, ut nunc uiuant. Quos quidem oportebat noctes atque dies in eam curam incumbere, ut subditis suis consilio & sanctis institutionibus auxilio forent, quò in fide Catholica constantes ac firmi redderentur: atque ubi minus id ipsi præstare possent, Doctores quosdam vitæ inculpatæ ac integræ precibus sibi in adiutorium adseiscerent, eisque suam impertirent auctoritatem siue potestatem: at hæc vitam castam & pudicam ducerent, ut quotquot id de eis resciscerët, ad meliora prouocarentur: DEI honorem & Deum ipsum ante omnia semper amore ac intentione prosequerentur, se ipsos minimè. Sed res planè inuersum abiit. Siquidem nunc diuitias, honorem, cognatos, potentiam secularem vel domi-

*Episcopos
quales esse
oporteat.*

nia impensius spectant & amant, quam curent
 animas ipsorum fidei commissas, pro quibus
 tamen ego ipse sanguinem fudi. Vbi aliqua Se-
 des Pontificia vacat, quam iniquè & præter fas
 ac ordinem pro ea obtinenda laboretur, abun-
 dè perspectū est Deo. Vndè cū ad eam iam res
 redacta sit consuetudinem, idcirco Deo per-
 mittente, tam prospere scilicet hodie cum ho-
 minibus agitur. Priscis temporibus, qui in E-
 piscopos fuissent humano iudicio electi, diui-
 nitus ad id muneris suscipiendum compelli o-
 portebat. Atque ea ex causa, familiari vteban-
 tur amicitia Dei, & in excellentis meriti ac fan-
 ctitatis viros euadebant:

Veteres Epi-
 scopi quales.

De Abbatibus & Abbatissis.

CAPVT VIII.

DEVS: Agè aduerte etiam oculos, & vide,
 cuiusmodi agatur hodie vita in cœno-
 bijs illis, quibus Abbates aut Abbatissæ
 præsent. Si quis tali in cœnobio Abbas aut
 Abbatissa vita fungatur, mox duo quidam de
 ta inter se concertant dignitatē, sicque hoc ipso
 Monasteria grauius afficiunt damnis, & ad
 extremam quandoque inopiam redigunt. Su-
 perioribus seculis dum quis talis eligendus e-
 rat, ubi ad eum ventum fuisset, qui electus erat,
 quantum poterat & Dei timor sinebat, sese ex-
 cetero ac recusare nitentur, adeo, vt obedi-
 entia præcepto compelli eum oporteret: cum-
 que se subterfugere non posse animaduerte-
 ret, sapientissimos & sanctissimos sibi in confi-

Olim quales
 Cœnobiōrū
 Primates eli-
 gi solebant.

A a lium

lium adhibebant, atque ipsemet Dei verbum
alijs annuntiabat.

De Ordinibus Fratrum Mendicantium.

CAPVT IX.

DEVS: Præterea cernas nunc ordines Fra-
trum Mendicantium, in quibus sunt, qui
aliorum confessiones recipiunt, atque
suggestu Dei verbum concionantur, vt vide-
cet ij modò viuunt. Quotusquisq; (oro) iam
eis, vt olim, sanctorum catalogo ascribitur.
H. Equidem sic mihi persuadeo Domine Deus,
multos adhuc superesse ex ijs Fratribus, qui
confessiones auscultant, qui vitæ sanctimonie
præditi sint. D. Sunt vtique inter eos per plures
booi. Sed tamen qui recto velint itinere ingre-
di, eorum tam rarus est numerus, vt videre mi-
seria sit. Si quidem superioribus temporibus
ta vixissent, vt multi hodie viuunt, non fu-
issent in cœnobîa recepti, neque eis recipiendi-
rum confessionum esset facta potestas. Mundus
iam totus mirum in modum fallax est. Si quæ
fortè talem Confessarium sive confessionum
Receptorem vsq; iam homines comperiant, qui
ipsis adulari, eorumque vitia palpare nōnt,
eum libenter eligunt, appellantque eum vi-
rum bonum & iustum, & in diuinis literis ap-
prime eruditum. Sed reuerà olim secus mul-
ta depræhendentur, quando eò ventum erit,
vbi iam nullus erit effugiendi locus. Auiunt
iam homines esse infirmos, ad multa conu-
uendum esse, naturam iam aliam esse, atque
olim

Nota caluam
hominum te-
pidorum ex-
cusationem.

olim fuerit. Sed hæc vera non sunt: adeoque
vana & commentitia sunt. Non ita institutum
est à Deo, vt vitia naturam confortent. Neque
viciam præcepit Deus, vt supra vires agant ho-
mines. Peccata vt vitentur, exigit ac iubet. Sic
in Euangelio Christus: *Vade, inquit, & iam am-
plius noli peccare.* Non ait, *Vade, & corpus siue
naturam tuam ac teipsum destrue.* Atque vbi
crucem tollere iubet, hoc vtique exigit ab ho-
minibus, quod vires ferre queant, non quod
virium excedat facultatem. Quotusquisq; ho-
die confessionum Auditor est, qui non seipsum
aut priuatum spectet & aucupetur commodum
ac utilitatem? Sicq; fit, vt ipsi quidem primò
labantur in foueam, deinde etiam post eas tu-
ant, qui se adulari ac palpari, vitijsque suis fal-
sa quædam commenta pratexi sinunt, quo quo-
dem modo id agatur. Cæterùm quicumque
ex monastico ordine confessionibus recipien-
dis deputati satisque docti & periti sunt, neu-
quam ab audiendis confessionibus abstinere
debent, sed interim veritatem neq; vitæ neque
mortis causa reticere aut dissimulare.

Ioan. 8.

Verorū Con-
fessionū ra-
ritas quāta.*De Doctoribus.*

CAPVT X.

DEVS: Contemplare iam etiam doctores.
Vbi sunt hodie, qui pro concione, sius
ex suggestu veritatem publicè audent
dicere, horrendaque & immania, quæ nun-
quam in Ecclesia grassantur, vitia repræhen-
dere, homines commonere, & ob honorē Dei,
vitam

A a s

vitam suam discrimini obijcere? H. Fortassis doctores attendunt, te quoque cum in terris ageres, sæpe rectè admodum esse locutum.

Christus cur
sæpe parabo-
licè fuerit lo-
cutus.

D. Verum est id quidem, sed faciebam hoc, quod nondum venisset hora mea qua mortem oppeterem: quæ ubi aduentare cœpit, veritatem liberâ promebam voce. Sic est voluntas DEI, vt hominibus veritas propalam exprimatur & denunciatur. H. Fortassis verentur doctores, si veritatem nudè ac simpliciter edixerint, homines ad conciones minimè redituros, sicquæ nullum penitus fructum eos affecturos.

Quam gratû
Deo regia
mandatorû
eius & Eccle-
siæ Catholi-
cæ via ingre-
di.

Gratiûs quidem esset Deo, hoc præsertim deplorato seculo, veritatem liberè pronunciare, vitiaq; & errata ipsorum hominibus detegere, quam ea silentio præterire. Crede mihi, maior in gratia apud DEVM est vnus aliquis, regis Mandatorum Dei & Catholicæ Ecclesiæ petens via, quam centum millia hominum impiorum. Præstaret sanè, homines veritate cõperta, in metu ac solitudine vitam ducere, quàm ita securôs & hilares viuere, dum se putant rectum tenere iter, quando tamen per diuina gradituntur. H. Equidem planè confido Domine, superesse Doctores quosdam, qui pro veritate, vitæ suæ iacturam facere non vereantur.

D. Tametsi quidam tales etiãnum superstites sunt, vsque adeo tamen pauci sunt, vt id nosse non expediat. Quo fit vt non perinde hodie, atque olim, in Diuorum numerum referantur.

H. Datis benignissime, miserere Ecclesiæ tuæ.

De Monasterijs Virginum.

CAPVT XI.

DEVS: Inspice porrò, vt hac ætate viuatur in cœnobijs, Virginum. Quondam honestam, internam, seriam, strenuam, sanctamq; ducebant vitam Sanctimoniales: addeò vt quisquis eas adspiceret, aut cum eis colloqueretur, in seipso compunctus, haud mediocriter corrigeretur. Sed iam eo res redijt, vt si qua inter eas sic verè pia ac religiosa, ob gestus, mores, verba ac improbam vitam earum ab eis fugere compellatur. Vita nanque earum nō tam religiosa, custodita, ac diuina est, vt quempiam prouocet ad meliora. Siquidem interna ac diuina strenuitas apud eas iam explosa est: cantant quidem & precantur multum labijs, sed corda earum longè sunt à Deo. En conque-
tor tibi, eo iam peruentum esse, vt si quis toto animo serid. sese ad æternam veritatem conuertere velit, eum haberi ludibrio, eiusque vitam prorsus nihilipendi, idq; etiam in cœnobijs vtriusque sexus. Tamen id certissimum habeas, quisquis in monasterijs alienæ vitæ derogat ac obloquitur, siue id palam, siue secretò, siue in faciem, siue occultò fiat, iure meritoque eum sibi metuere debere. Nam licet apud homines vocentur religiosi ac spiritales, coram Deo tamen Dei exturbatores habentur. Crede mihi in Cœnobijs Virginum pauca sunt, modo serid. vellent animaduertere, quæ non facile persentirent quibusdam se teneri vitijse irregularitas, quibus tamen grauitè offendant Deum.

Sanctimoni-
alium anti-
quarum vita
qualis.

Derogatio a-
lienæ vitæ
maximè in
religiosis
quam men-
ciosa.

Vicia que ple-
runque inter
moniales do-
minantur.

& in magna ruant peccata. Quædam ex eis auaritia, aliæ superbia, aliæ iræ feritate detinentur. Quasdam inobedientia, nonnullas impudicitia implexas retinet. Et quamuis actu non sint esse impudicæ, attamen multis modis per sensus impudicitiam exercent, puta vel amore inordinato ac alieno, cogitationibus obscenis, voluntate dedendo se creaturis, creaturæque intus amplectendo, atque ita coram Deo luxuriando, itemque verbis, lasciuia & peccantia vestium, superbe ac seculariter selegendo in sermonibus suis & hominum captanda amicitia: denique peccatis quibusdam occultis, de quibus tutò scribi non potest: quæ ijs non nentur implicitæ, probè capiunt quid velint. Tot nimirum in Virginum monasterijs hodie admittuntur peccata, idque tum publicè, tum priuatim & occultè, vt maximo in periculo versentur. Regia sanè internæ erga Deum firmitatis & feruoris, puræque ac sinceræ intentionis & amoris, necnon occultæ familiaritatis olim eis optime explorata via, iam profusè apud eas abolita est. Quæ causa est, vt hodie tam rarè in diuorum numerum redigantur. H. Nō mediocriter id mihi dolet, suauissime De vsq; Virgines hæc vsque adeo perire ac deficere, quæ tamen præ alijs omnibus ad id institutæ sunt, vt in te vno solacium caperent & expectant.

Virgines ad
quem finem
se mancipet
in cœnobijs.

D. Vide, obsecro, vt cuncta pene religiosa decreta ac instituta, in virorum ac seminarum cœnobijs pessum ierint, siue ea pateant, siue sint Ordinum Mendicantium, siue alia. H. Spero equidem amantissime Domine, per plura inueniri

inueniri monasteria, in quibus seuera, feria ac aspera ducatur vita. D. Non inficior verum id esse. Sed tamen pauca sunt, proh dolor, in quibus vera cernatur strenuitas, feruor & diligentia. H. Quæso, mi Domine, huius te miserescant. Id enim me ex animo perterret atq; affligit.

De Sacerdotibus secularibus.

CAPVT XII.

DEVS: Contuere porrò, vt Sacerdotes secularares bona & facultates suas consumant, vt, ea quæ ex Ecclesiasticis accipiunt Beneficijs, luxuriando, commessando, potando, fastum ac superbiam sectando, tam turpiter abliguriant & absumant. Vide quam præter omne decorum sacerdotij, vestes habeant planè inhonestas, quam petulanter & indigne multis modis sese gerant. Adspice vt bona Ecclesiæ, quæ ipse ego meo acquisiui sanguine, quæ que fideles pro suarum salute animarum, interim diras Purgatorij pœnas luentium, obtulerunt, tam à religiosis quam secularibus sacerdotibus dilapidentur. Vide quantum ij omnes dignitatis & honoris sui rationem habeant, & ita, vt ea exigunt, viuant: quamque parum in illis omnibus, quæ siue agunt, siue omittunt, Deum ex animo spectent & ament. Enim uerò omnis erga DEVM strenuitas & feruor apud eos iacet ac refrigit, & ita parum curant experiri ac sentire DEVM in interioribus suis ac si id nihil ad eos pertineat: neque huius eos aliqua tenet sollicitudo. Potius de magris

Aa 4 Eccle-

Ecclesiæ reditibus cumulandis, itemq; de magna acquirenda scientia cogitant, vti videlicet per hanc, celebrem sibi apud Ecclesiasticos & Laicos existimationem, honoremq; & diuitias comparent. Magis, inquam, eo spectant vti hominum sibi capent gratiam, hominibusq; se venditent & placeant, quàm vt Deum eiusque gratiam intus percipiant. Vnde fit vt suam ab eis Deus gratiam, qua præditi sunt, auferat, alijsq; largiatur.

H. Id vero mirum videtur. Itane Domine Deus ab eo aufers gratiam tuam, qui parum habet, & præstas illi qui ea abundat?

D. Cum gratiam Deus largitur suam, & illi qui accipit, malè eam seruat, rursus tollitur ab eo, daturq; multum habenti, eamque seruidè amanter custodienti. H. Gratias tibi Domine Deus, quod vel aliqui supersunt, qui tuæ gratiæ capaces sint, eamque conseruent.

Seruatorum
Dei paucitas
quanta corū
que quanta
necessitas.

D. Noueris eos esse paucissimos: ijdemque in morentur, mox Christiana religio periret interiret. H. Huius, obsecro Domine, te miserere. Equidem, si modo possem, libens sanguinem cordis mei ob id per oculos meos profunderem. D. Effet id aliquid, si quid tamen prodesse posset.

De Beguinis.

CAPVT XIII.

Beginarum
modernarū
quale studiū

DEVS: At nunc tuos aduerte obtutus ad contemplandam Beginarum vitam, cuiusmodi ea hodie sit. Vide, quæso, vbi iam

iam sit feruens earum vita interna, quam superioribus ætatibus ducere solebant. Iam nimirum ea in cogitatione versantur, vt multas sibi parent opes, vt largos redditus, præclaras ædes, omnigenamq; suppellectilem & familiam ipsi officiosissime ac studiosissime seruientem obtineant, atque etiam vestes habeant grati coloris, & elegantes, lintea quoque ornatu conspicua, & clinodia siue ornamenta, atque in omnium gratiam sese insinuent, placeant omnibus, honore afficiantur, & in aliquo sint pretio ac æstimatione. Porro omnis internus feruor erga Deum, omne interioris vitæ studium, siue in Dei voluntatem resignatio, apud eas in obliuionem abiit. Libenter hac illæ circumcursant & fabulantur. Et quamuis sint in eis, quæ aliter sese gerant, tamen paucissimæ sunt. Omnes propemodum ex proprietate quadam: neq; prauis moribus & consuetudinibus suis renunciare volunt. Priscis temporibus tantus in eis, tamq; vehemens, simplex, diuinus feruor inerat, adeoq; pijs & religiosis erant animis, vt singulari quadam Dei familiaritate gauderent, Deusq; magna & occulta in eis efficeret ac operaretur. H. Misereat te Dens clementissime, mortales omnes sui cum resignatione tibi nequaquam obtemperare.

et si non omnium.

Beguine quales priscis temporibus extiterint.

De Beggardis & Fratribus.

CAPVT XIV.

DEVS: Deinde cõtemplare eos quos Fratres vocant & Beggardos, vt vltro citroq; per
Aa 5 placeas

plateas vagentur, & veri interni itineris profus immemores ac rudes sint. Quanquam sunt inter eos qui rectè habeant, sed ij perrari. Certè si diuina gratia ob verborum sermonumq; affluentiam, subtilitatem ac leporem cuiquam præstanda foret, multi ex eis gratia locupletessent. Sed reuerà non in multis, acutis ornatique sermonibus perfectio & vera sanctimonifita est, sed in humili potius, submissoque & moderato ac resignato fundo vel animo, cuius sicut & cæteri, parum habent. H. Vereor Domine, si isthæc seculares perspecta haberent, in offendiculo fore. D. Tantam adhuc in laicis ac secularibus perspicies deformitatem, tantaque vitia, vt non sit necesse alios culpam alios reijcere, cum in singulis quibusque culpa hæreat.

Vera perfectio & sanctitas vbi consistat.

De Imperatoribus & Regibus.

CAPVT XV.

DEVS: Adspice iam eorum, qui in sublimi dignitate sunt constituti, nempe Imperatorum & Regum, atque coniugum eorum, fastum & superbiam. Olim si quis electus fuisset, magno studio sese opponebat, quod ex animi humilitate principatu indignum se arbitraretur. Electus autem in Rom. Imperatorem, inuitus quidem summa cum modestia, humilitate ac timore Regni gubernacula sumebat: persuadensq; sibi se ea ex causa Christianum feruum esse, corpus, animam, diuitias, facultates & honorem suum Deo offerebat, eiusq; frequenter

tus ope, pacem & concordiam in Ecclesia cura-
 bat efficere, etiam vtiliter & audenter ob id de-
 curtando ac belligerando, corpusque & animã
 pro iustitia tradendo, ac Deo offerendo. Itidem
 & alij Reges sese gerebant. Sentiebant tum ama-
 re se Deum, atque in omnibus agendis ac omit-
 tendis tam ipsi, quàm vxores eorum tantã præ-
 se ferebant modestiam ac humilitatem, vt
 Deus ipse delectaretur. Iam verò in longè
 diuersam partem mutata sunt omnia: ex quo
 perspici facile potest, vt̄ hodie modis omni-
 bus atque in omni statu, à verò ordine & iusti-
 tia aberratum sit. Videlicet ipse iam cernis,
 quàm isthac itinera prorsus abolita, neglecta,
 atque euerfa & obruta sint.

De Ducibus, Comitibus, & Baronibus.

CAPVT XVI.

DEVS: Intuere etiam, qualem hac tempe-
 state Duces, Comites & Barones eorum.
 que vxores vitam agant. Quondam cor-
 pus vitamque suam periculis obijciebant ob
 honorem Dei, vt Ecclesia & ipsorum subditi,
 pace & tranquillitate fruerentur: ineratque
 eis diuina quadam & cum honestate coniun-
 cta strenuitas, nec humana deerat industria
 ac diligentia: coniugesque eorum tam bene-
 moratae; humiles ac modestae, tamque incul-
 patæ vitæ erant, vt quisquis siue eis, siue ea-
 rum maritis ad fuisset, maximoperè ad melio-
 ra incitaretur, puderetque eum quicquam ini-
 quū aut bonis aduersum moribus, admittere.

Nulla

Duces, Co-
 mites, Baro-
 nesque olim
 pro Dei ho-
 nore quam
 strenui.

Nulla in principum cōiugibus temeritas, per-
 nicacia, petulantia cernebatur. Quod si quia
 Dei timore viuere noluisent, compellebantur
 à maritis diuina fretis ope, manere in officio,
 viuebantque pariter in amore ac timore pro-
 potentis Dei. Atqui nunc proh dolor suis in-
 dulgent affectibus & vitijs, suarq; obsequuntur
 libidini in omnibus, efferunturq; superbia, &
 miseros ac inopes subditos suos contra ius tal-
 que opprimunt & excoriant, laboresque at-
 sudores, eorum summo cum animarum su-
 rum discrimine in summi Dei iniuriam diripi-
 unt & consumunt. H. Obsecro Domine, ha-
 ius te miserescat.

De Equitibus auratis, & de Nobilibus.

CAPVT XVII.

DEVS: Adspice porrò auratos equites &
 nobiles, quam eorum sit admiranda vita
 potius horrenda vita hisce periculosis
 temporibus cuiusmodi gerant vestes, turpissi-
 me ac inhonestissime conscissas atque confu-
 etas. An ne tota eorum viuendi ratio ac insti-
 tutio talis esse videretur, ac si mente capti & plene
 stolidi sint, diuiniq; timoris & rectæ rationis
 expertes, idque tam viri quam scemina? quan-
 doquidem omni ordinis equestris honestate
 posthabita, petulantissime viuunt, in omne vi-
 tiorum genus effusi. Olim quidem permittit-
 batur Equitibus hastis cōgredi, seseque ad pug-
 nam exercere, hoc consilio, vti artis bellicæ
 periti atque ad pugnandum instructi redderentur.

Nobilium olim exercita-
 tio, qualis &
 in quem finem
 eorumque
 conuersatio
 quā placida.

tar, si qua Ecclesie pericula euenissent, atq; vt
pupillos & viduas tueri possent. Erat id tem-
poris vita eorum & cōuersatio vsqueadeo ho-
nesta, composita, diuina, modesta ac humilis,
vt adspicientes delectaret neque mediocriter
ad virtutis honestique studium eorum animos
inflammaret. Denique in cunctis actionibus
suis Deum, eiusque honorem intentione ac a-
more prosequerantur. Ita videlicet vitam
quondam exigebant suam equites pij, honesti,
atque prudentes: eaque re multi ex eis, diuo-
rum catalogo ascribebantur.

De Ciuibus & Mercatoribus.

CAPVT XVIII.

DEVS: Iā oculos aduerte ad ciues & mer-
catores, vt ij hoc æuo sese gerant in vrbi-
bus. Certum indubitatumq; habeas, pe-
riculosissime cum eis agi. Immanis siquidem &
horrenda eos auaritia obtinet, quā intantum
occasantur & implicantur, vt vix eam à se vn-
quam ante obitum stium possint excutere, mā-
nibusque sese obstringant ac inuoluant vitij
& peccatis. Oritur autem hæc auaritia ex ani-
mi fastu ac elatione, quā alij alios perpetim
excellere nituntur. Interim permisso quorun-
dam ex eis qui confessiones recipiunt, quod o-
ptime nouit is, quem nihil latet, res & bona tē-
poraria periculosissime coaceruat, nimisq; la-
ta sunt conscientia. Olim ciues & negociatores
homines erāt religiosi ac virtutibus ornati, &
in omnibus, quæ vel egissent, vel omisissent,
fidos

Auaritia quæ
vnde ducat
originem.

Quales olim
Ciues & ne-
gociatores
fuerunt.

Psal. 75.

fidios se præstabant, erantq; exiguis contenti
 facultatibus, neque retinendis frugibus ac vi-
 no annorũ charitatem efficiiebant. Itaq; Deus
 apud illos demorabatur: siquidem pectora eo-
 rum non ita vt hodie auaritia sibi vendicabat
 ac deuastabat, certè Deus omnipotens in per-
 turbato, dissipato, erroribus implicito & in-
 quieto pectore habitare neque vult, neque po-
 test. In pace nanque, id est, tranquillo pec-
 tore factus est locus eius. Crede mihi, qui-
 quis in hac auaritia deprehensus erit in extre-
 mo vitæ articulo, is nimis quam periculo-
 sedet: idque nõrunt homines, neque tam
 agnoscere volunt. Vbi tantum comparassent
 rerum temporalium, quantum ipsis & eorum
 prolibus satis esset, quod quidem eis permit-
 titur, modo secundum Deum & licitis ratio-
 bus fiat, deinde quiescerent ac cessarent, de-
 tam deinceps agerent honestam ac diuinam
 consentaneam, neque sibi paterentur auaritia
 tyrannidem dominari. At nunc singuli alios
 æquare, immò & excellere volunt, atque ad
 etiam Maiores suos opibus vincere. Quo fit,
 erga Deum eiusque amicos tenaces sint, pro-
 fundantque res suas contra voluntatem Dei
 superbiz ac ostentationis causa, sicque noctes
 ac dies pro acquirendis cumulandisque diuitijs
 multa solitudine curisque anxijis detinentur.
 H. Quid sibi vult Domine Deus, quod pleriq;
 tantas tribuis opes, cum temen id saluti eorum
 officere verear? D. Bonitas Dei tam immensa
 est, vt nihil sinat esse irremuneratum. Vbi igitur
 tur cor animumque hominis rebus hisce ce-
 ducis ac temporarijs penitus addictum esse co-
 spicit.

scicit, iisdem eum muneratur, expletque eius desiderium presentis vitæ bonis temporalib⁹. Sed periculosissima eorum conditio est, qui in rebus presentibus ac temporarijs sua captant & constituunt oblectamenta. H. Miserere Deus pijsime Ecclesiæ tuæ.

De artificibus mechanicis.

CAPVT XIX.

DEVS: En quam periculosam degunt modò vitam artifices mechanici, quanta eos avaritia occupat, quanto perè eis se æquiparare conantur, quibus eos diuina lege ac ordinatione, atque ob timorem Dei oportebat esse subiectos? Antea actis seculis mechanici animo humiles ac simplices erant, eademque modestiam ac simplicitatem etiam vestibus & vitæ suæ conuersatione præ se ferebant. Denique in cunctis actionibus & operibus suis vsque ad præpium ac religiosi erant, vt magnam DEI amicitiam ac familiaritatem experirentur. Nunc vero intantum superbia effertuntur, atque ordinis sui excedunt limites, vt nulla in oratione Deus commorari queat. Siquidem in superbis nunquam Deus omnipotens habitare dignatur. H. Obsecro Domine Deus meus, huius te tangat miseratio. Equidem putabant homines eos esse simplices admodum. D. Opera sua nimis carè vendunt, alijque alios eo inuitant, vt magnum exigant precium, odioque in inuidia sese inuicem multis modis prosequuntur, & aliorum operibus alij derogant, eaque

eaque vilipendunt. H. O misericors Deus, miserere Ecclesie tuæ.

De Rusticis.

CAPVT XX.

DEVS: Rustici quoque hoc æto procelloso ac luctuoso in pagis instar pecudum omnis diuini timoris expertes viuunt, neglectisque bonis ac honestis moribus, sed pro viribus libidini obsequuntur, planeque versipelles ac superbi, animoq; & corde maleuoli ac maligni effecti sunt, atque ita hostes Tartarei tota virtute eis dominantur, eos occupant. Sane nisi amicorum suorum precibus Deus præpediretur, ob nimiam eorum improbitatem longè secus eos tractaret. H. Præstans Deus, si qua precum mearum esset efficacia, te obsecralem, illis ut parceres. D. Equidem eorum mores sustineo quoad possum. Sed tandem compulsus, cuncta eorum pessum ire sinit. Præcæcis temporibus tanta in eis probitas, simplicitas, modestia visibatur, ut Deum admodum propiciam & benignum haberent. H. Non habeo quod dicam Domine, nisi ut ob bonitatem tuam miserearis Ecclesie tuæ.

De Fœminis secularibus.

CAPVT XXI.

DEVS. At nunc Fœminæ quæ pro lapsa ac deuoluta sint, earumq; pudor ac ueritas qua relegata sit, uideas. En ut omnia

timor Dei ac muliebris verecundia apud eas
 proculcata sint: adeoque his periculosis tem-
 poribus ad perpetranda peccata multo proca-
 ciores, impudentiores atq; petulantiores sunt,
 quam viri. Non tamē hæc accipi velim de ho-
 nestis ac pijs sceminis, (cuiusmodi adhuc inue-
 niri licet, quæ vitam agant honestam ac bene-
 moratam) sed de ijs loquor quæ Mundo huic
 debita sunt, siue religiosæ sint, siue seculares,
 quæque hominibus verbis, factis, vestibus ac
 moribus placere appetunt, hisque studiosius
 vacant quam Deo, tempusque & corda ac sen-
 sus suos creaturis impendunt ac dedunt. Tales
 proculdubio non nisi Tartaræ quædam vo-
 ragines ac latronum speluncæ sunt: & licet Dei
 bonitas eas sustineat, toleret, dissimulet, at ni-
 hil prodest. Interim honestas se haberi matro-
 nas volunt, cum sæpius Deo sceteant peius, quã
 publicæ turpitudinis scorta. Hæc namque in
 peccatis iacent cum metu quodam ac anxietate,
 non autem vt illæ, cum præfracta animi tem-
 peritate ac pernicacia. Et reuerà dæmonibus
 multo chariores sunt, atq; meretrices, eò quod
 maiorem ex eis quæstum & lucrum colligant.
 Vide quam turpiter, quam obscenè ac impu-
 denter modo in virorum omnium adpectu
 ingrediantur. Si scorta olim tam nuda inces-
 sissent, honestæ mulieres ex animo erubuis-
 sent. En vt supernè ac infernè tam dissolutæ
 ac nudæ incedant, vt meritò possint in viro-
 rum omnium oculis pudore intra sese affici.
 Adspice quis earum habitus, quæ gradiendi la-
 sciua, qui gestus, quæ verba & opera, quæ to-
 tasque viuendi ratio apud viros, quæ ocu-
 lorum

Fœminæ quæ
 speluncæ la-
 tronum, &
 quare.

Fœmina lasciva quantum malum.

Vanitati detestatum mulierum quis exitus.

lorum omniumque externorum sensuum pecculantia? Vbi iam est modestia illa ac verecundia muliebris? Crede mihi, per plures inuenias fœminas licet, quæ quotidie vel centum admittant peccata exitialia, & tamen matronæ honestæ haberi velint, neque se horum pudet reas criminum, cum tamen illis omnibus obstrictæ sint. Nam certum habes, vbi quispiam masculini sexus, eiusmodi dissolutam ac lasciuam conspicit fœminam, ita turpiter accipere nudam ipso cunctisque viris adspectantibus ingredientem, si tum secum cogitet, id quod non raro accidit, si modo eam obtinere possit, suam se cum ea expleturum libidinem quod quidem quoties animo sit deliberato, quoties peccatum admittitur mortiferum, etiam nunquam actus obscœnus sequatur: certum inquam, habes, horum omnium criminum realem fœminam esse ream atque participem quandoquidem suo lasciuo habitu ac alijs antedictis peccatis hisce primam ipsa præbet assam & occasionem, siue id in templis, siue plateis, siue alibi fiat. Quod si vir eiusmodi tali occasione ad libidinem inflammatus, ad publicam abeat meretricem, cum eaque peccet, eius sceleris ab utroque (id est, tam viro quam scorto) perpetrati, isthæc mulier rea fit, ob præstitam occasionem, idque quotiescunque illi tale admittunt flagitium. Et licet hæc fœminæ istæ scire nolint, tamen ita se res habet, dum se tam impudenter omnibus ostentant, atque sine ullo DEI timore antedictis pessimis modis vnicuique sese turpiter offerunt & exponunt.

Atten-

Attendas nūc etiam exitum ac obitum earum; id est, vñ cum eis agatur dum ad extrema perueniunt. Præberur quidem eis Dominicum sacramentum, atque studiosè præparantur, persuasumque est hominibus, iam bene cum eis agi, sed tetri spiritus omnem stoliditatem, unctaque scelera eis reducunt ob oculos, quibus ad desperationem pertrahuntur, mortemque obeunt sempiternam. Euenit hoc persæpè tam petulantem ac lasciuam ducentibus vitâ, et confessorij earum ipsis adulantes ac applaudentes, eisque suo more viuere permitteñtes, eadem deuoluntur. Pro certo noueris, qualem ex eis, mille licet peccatis mortiferis obstrictas, Eucharistiam accipere, dum totum exagunt annum tam petulanter ac dissolutè: atque vbi Quadragesimæ adest tempus, horum alienorum peccatorum non reminiscuntur, planeque secum statuunt, Paschatè redeunte in se victuras vt ante: atque ea causa retinent inuicta eo facientia, puta vestes lasciuas ac ornatas, cæteraque omnia. Sed præstaret vel faceret, centies mille dæmones eas in se recipere, quam Deum summè tremendum, in aliquo peccato mortifero sumere. Dic, oro, si quis te, creaturam miseram, inuitaret ad ædes suas, atque in sordido putidoque collocaret loco, quam ille tibi gratum faceret? D. Ah Domine DEVS,

miserere Ecclesiæ

tuæ.

Quam perniciosum absq; proposito vitæ melioris Sacramentis participare.

CAPVT XXII.

DEVS: Denique contemplare quò deo
luti sint, qui in Matrimonio versantur.

Certè plerique hodiè sanctum coniugium
in putridissimam vertunt cloacam, dum in ea
hand secus quam pecudes degunt pro omni li-
bidine ac appetitione beluinæ naturæ vel cor-
poris sui, contra omnem Matrimonij legem de-
ordinem, itemque contra rectam rationem. Et
quidem non eo consilio diuinitus institutum
Matrimonium est, vt pro corruptæ naturæ li-
bidine in eo viuatur, sed vt vita agatur sancta,
custodita, ac religiosa, ita vt est à Deo institutum,
verò ordine, recta intentione, & modo conueni-
enti. Quod si matrimonio sic vtentur ho-
mines, vt Deus instituit, confortaret id corpus
atque animam. Non enim naturæ destruetur
est Deus, sed eam potius perfectiorem efficit.
Verum quâdo hodiè tam multa aduersus Ma-
trimonij instituta ac leges admittuntur, inde
fit vt natura humana vsque adeo corrupta, de-
bilitata ac vitata sit maximaque hominum
pars, nedum in Matrimonio degentium, sed
etiam aliorum, puta sacerdotum, monachorum,
Laiorum, Monialium, pleni sint spurcitia ac
impudicitia, ita vt paucissimi sint, qui non ali-
qua ex parte scedati sint, et si non opere, tamen
alijs modis, vt pote vel conuersatione, vel stu-
dio placendi, sine interno siue externo. Reuera
si Mundum ob scelera sua DEVS vt olim Noe
temporibus perdere vellent, quotidie id facien-
dum

Matrimonij
quò diuini-
sus consilio
institutum.

Corruptio
humana na-
tura vnde.

Gen. 7.

dum illi incumberet. Cuius etiã fortassis quædam breui fiet præsignificatio. Iam paucos intra annos diuinitus homines amantissimè premoniti sunt morbis exitiâlibus, alijsque cladi- bus & flagellis, & parua inde consecuta est vtilitas. Enimuerò tam se ingrâtam atque illorũ immemorem præstat Ecclesia, ac si ante annos mille acciderint. Nisi in melius vitam commutarint suam, quandoque pertesus omnipotens Deus, iusto iudicio homines alios ab alijs iugulari permittet. Alij enim alios antecellere conantur, in cædes ac latrocinia cuncti procliuës & auidi sunt, atque intantum iam excreuit fastus & superbia, vt iam peccata pro peccatis minimè habeantur: multisque retrò annis non tam improbi fuere homines, atque nunc sunt. Atqui Diuino penitus amori operã dare eos oportebat. Nanque dum mors vicina adest, neruos suos omnes intendit spiritus malus, vt hominem perdat, omnemque male actam vitam tanto cum horrore ac terrore illi ob oculos reuocat, vt hac ratione innumeri desperatione absorbeantur, atque illi etiã perierunt, qui magnæ spei videbantur. Alij sunt, in quos tanta Deus ira defæxit, vt ad extremum vique iudicij diem immanissimis cogantur herere supplicijs inferorum, nec vnquam expectari illis liceat, vtrum in Tartari vel Purgatorij locis sint. Tales fermè sunt homines in suis iniquitatibus obstinati, qui vitæ emendationẽ vique ad obitum procrastinant, atque tum demum exiguo quodam dolore compunguntur. Hos, vt diximus, tanta Deus indignatione castigat, vt eorum meminisse nolit, nec suos pariatur

Quinam maximis Purgatorij pœnis subijciantur.

ziatur amicos pro eis vllas in hac vita preces
fundere. Crede mihi, longè secùs ac terribiliùs
cum hominibus agitur, quàm plerique arbi-
trentur. Omni studio totisque viribus maligni
spiritus homines in extremis perdere moluntur.
Quicquid autem virium habent, id eis ho-
minum peccata addiderunt. Visne scire, quid
Iudæos perdiderit? H. Maximè id velim. D.
Nimirum avaritia illorum & occulta vitia eos
exterminarunt. Iam si Deus Christianos in-
dem ob peccata illorum tum publica, tum oc-
cultas delere vellet, nūquam posset aliud quam
cædere & trucidare. Quod tamen forsitan bo-
ni eueniet. Porrò adspicias velim, quanto patet
libidinis ac luxuriæ, necnon superbiæ ac auaritiæ
iaculis homines confecti ac prostrati sint,
quæ tamen vitia DEVS præcipue execrat,
quandoquidem odij ac inuidentiæ, adeoque
vitiatorum omnium causæ sunt: hisque contra
oppida & cœnobia, seculares & Ecclesiastici,
sacerdotes ac Laici abundant: ita vt necesse
sit, ab alijs culpam in alios referri. Siquidem
culpa in singulis hæret: & si singulus quisque
suis curam agat sedulam, tantum erga sese nego-
cij habebit, vt haud difficile aliorum possit ob-
liuisci: Deus Pater cælestis absque intermissione
dire offenditur, eò quod homines è religio-
ne Christiani, filij sui viuant immemores, nec
in obseruandis Christianæ religionis institutio-
tis atque decretis sese corrigant. Vnde vereor,
ne Pater omnipotens iustitiam suam miseri-
cordia superiorem fieri sinat, ita vt omnes ho-
mici illius silere cogantur, donec filij sui iniu-
rias viciscatur. H. Totis animi visceribus con-
curo

Spirituū ma-
lignorum in-
venandis a-
nimabus se-
dulas.

Odij ac inui-
dentia igne
omnes probè
exardescere.

cutior & contremisco, Domine Deus, dum ista loqueris, videorq; mihi vsque adeo defecisse viribus, vt mox animam reddere necesse sit. D. De his iam dixisse sit satis.

Sequitur hinc, vt hic Dei amicus altissimum quendam montem conspexerit, ex quo nouem immanes & vastæ eminebant rupes, aliæ alijs superiores ad montis vsque supercilium, atque in iisdem rupibus homines Christiani verlabantur.

PROLOGVS BREVIS IN NO-
uem Rupes.

AD Deum nemo pertingere potest, qui nō aliquam harum rupium obtineat. Si quis autem ita suam velit instituere age-
reque vitam, vt in eam, vnde anima nobilis protecta est originem, conspiciere sinatur, is a-
nimo sanè virili & infracto præditus sit oportet, celsasque has omnes conscendat rupes, donec ad supremâ perueniat. Vbi tum facile do-
cebitur, quo tendendum sit. Præclarus reuerà ille cœnsendus fuerit, qui hunc scandere montem rupibus distinctum non dubitet. Namque in hac vita ex cunctis suis hostibus palmam ferat, atq; in futura beatitudine maximam obtinebit dignitatem & gloriam.

Qualiterquis
ad Deū per-
tingere possit

De I. Rupe, eiusque incolis.

CAPVT XXIII.

DEVS: Nihil dubites, quin si diutiùs ante memorata contueri debuisses, haudqua-
quam

Bb 4

quam laturus fueris. At nunc grata quædam & iucunda videbis. H. Fiat ita vt vis.

D. Agè igitur internos patefac obtutus, & adspice vbinam sis. H. Ad eum me iam locum deuolutum video Domine, vbi priùs eram ad radices montis, cupioque scire ex te, quid sibi velint. D. Quod hic cernis, anima est, ex montis cacumine in hanc prolapsa vallem. Ea autem tantum ex se vibrabat splendorem, vt id homo iste ferre vix posset. H. Obsecro Domine, hæccine anima ita in sua splendet origine, vt eam intueor? D. Certum habeas, siquidem Deus permetteret talem te videre animam, vt

Animæ à Deo
creata quan-
tus in sua o-
rigine splen-
dor.

Matt. 6. & 26.

in sua est origine, & creata ad imaginem Dei, non id ferre posse naturam tuam, nec sensibus tuis posse assequi, quidnam sit. Permissit autem Deus præclaram tete videre animam, vt ad Ecclesiæ vtilitatem & commonitionem, vbi sa possis verbis eloqui, & scriptis mandare. H. Fiat voluntas tua. D. Aperi oculos interius, & sursum adspice. Confestim homo ille montem hunc in tantam conspexit ascendere altitudinem, ac si cælum contingeret tantamque extendi in latitudinem, vt nullum illius terminum visu posset assequi. In ipso autem monte nouem ingentes propendebant rupes, alię alię excelsiores, donec ad summum montis perueniretur verticem, eratque earum immanis latitudo & amplitudo, adspectu terribilis & admirabilis. H. Dic, precor, Domine, quidnam significet, quod montem hunc horribilem iam altera vice conspicio. D. Contemplare quid in monte sit, & quinam illum habitent. H. Fiat sicut tibi placet. Eodem momento homo istum

infinita

infima se rupe positum reperit, cuius tanta erat altitudo, vt suis oculis totum terrarum orbem perlustraret, videretq; rete immane per totum vndique fufum & expansum orbem, excepto hoc monte præcelso. Vnde vehementer territus, ait ad Dominum, quidnam isthæc sibi vellent. D. Permissus es ista sub figuris hisce conspîcere. Alioqui si perspicuè cernere cogereris, quam misère ac horribiliter Mundus totus suis se irretitus vitijs, natura id tua perpeti non posset. H. Putabam me iam Ecclesiæ peccata vidisse. D. O si scires, quantis periculis & peccatis hodie Ecclesia inuoluta sit, quamque sæuas & horrendas ob in ea re pœnas daturi sint, neuiquam id ferre posses.

H. Quid verò significat, rete hoc montem ipsum non circumplecti? D. Quod homines isti huius montis incolæ, in Dei timore & absque peccatis mortiferis viuant. At nunc confer (oro) eos qui in hoc monte degunt, cum illis qui sub reti iacent, illius nexibus impliciti, qui tamen Christiani vocantur. Tum verò intuitus virosque homo iste, vidit vel centum in peccatis iacere mortiferis, vbi vix vnus in montem euasit, cum tamen omnes Christi haberent nomen.

H. Multine Domine hanc primam habitant rupem, præ illis, qui in alijs celsioribus agunt rupibus? D. Plures hic demorantur, quàm in cæteris rupibus, quæ tamen ampliores grandioresque sunt. H. Quales igitur sunt infimæ rupis huius habitatores? D. Homines sunt tepidi, quæsi des & frigidi, nullisque magnis præditi exercitijs, quorum propositum est, nunquam in

Verò Christianorū quanta paucitas.

Habitatores infimæ rupis, qui.

Bb 5 ali-

aliquod grande consentire peccatum, atque hoc ipso ad mortem vsque contenti sunt, & in hac simplicitate vitam exigunt suam, putantque se nihil scire melius. Sed quia non procul à laqueis demorantur, periculosè certè cum illis agitur.

Homines qui quo in discrimine versentur.

H. Seruabuntur ne isti Domine?

D. Si diem suum sine mortiferis obdormis peccatis, salui erunt, sed maiori in discrimine versantur, atque ipsi putent. Persuasum namque habent se Deo pariter & naturæ posse obsequi, inseruire ac viuere, quod tamen difficile, immo vix possibile est, & ægre admodum peruerare poterunt. Quod si perseverauerint, seruabuntur quidem, sed diras ac horrendas patientur angustias, immaniaque Purgatorij tormenta & miseras sustinebunt, tantoque illic morabuntur tempore, ut est à Deo constitutum & ordinatum, donec etiam minima errata & cæcè & perfectissimè eluantur ac castigentur, & pœnas omnes meritas ad extremam usque pertulerint. Nihil enim tam tenuiter licet delinquitur, quod non expiari oporteat. Deinde ubi cunctis hisce toleratis miserijs, ad caelos peruenerint, exiguam sanè aliorum comparatione bonorum hominum mercedem accipient: eò quod labor, exercitatio & charitas illorum erga Deum modica fuerint. Interea conspiciebat homo iste per plures de hac rupe detrudi repente deorsum, atque sub rere recidere.

H. Quid est Domine, quòd isti tam subitò hinc deiiciuntur? D. In mortifera consentire peccata. Tales autem rupes hæc ferre non valent. Cernebat itidem homo iste, multis locis ex

reti homines quosdam emergere, colore atro & lurido, perinde ac si diu sub terra mortui iacuisent. H. Quid ista designant? D. Homines sunt, qui inter laqueos vel retia in peccatis mortiferis sub demonum potestate iacuerunt: at nunc dolore quodam compuncti sunt: vnde nihil iam in eos iuris habet improbi spiritus, sed ex reti dimittere coguntur. H. Quid sibi vult color hic luridus, quo affecti sunt? D. Dolor siue contritio eorum necdum confessione & poenitentia siue satisfactione consummata est. Quo facto, similes erant huius rupis incolis. Circumspiciens porrò homo iste, vidit in eadem rupe permultos degere homines ætate florida & iuuenili, virgines, iuuenes, viros, sacerdotes, laicos, monachos, monachas, atque omnis generis & ordinis, nullo penitus excepto, eosque tam iucundos & hilares simul omnes sub retia precipites ire.

H. Quid est, quod isti tanta pernicitate sub retia properant? D. Habes hic iam vnde in memoriam redeas similitudinis superius proposita de piscibus, è celsissima origine sua de morte ruentibus, totumque orbem peruagantibus, multis per viam laqueorum nexibus irretitis ac detentis. Ea nanque similitudine homines istos ætate iuuenes significare voluit DEVS, quos hic sub laqueos cursitare cernis. Ijenim sunt, qui toto vbiq; terrarum orbe intra Ecclesiam positi, dum ad eos pertingunt annos, quibus ratione possint vti, seseque ad sumum debeant principium conuertere, instar piscium stolidorum naturæ suæ obsequentes, de data opera ac suapte spontè sese mittunt sub
retia

Quinam laqueos demò-
nū euadant.

Qui quom la-
ti se in laque-
os perditio-
nis dent præ-
cipites.

retia fallacis mundi huius, qui totus dæmoni-
laqueis plenus est, in quos omni conatu misero-
ros homines impellere nitentur, siquidem in-
numeri in hoc mundo versantur.

In peccata
labi, in ijsque
progredi quā
calamitosum

H. Ut video, nemo hasce euadet tendentia,
nisi magno & virili animo penitens inde se auer-
tat. D. Id planè verissimum est. Adspice nunc,
ut ij, de quibus agimus, homines aetate iunio-
res, spontè scientesque in laqueos incurram,
quantoque longius progrediuntur, tanto pro-
fundius illis irretiantur: ex quo id sequitur,
tanto perniciosius & periculosius cum illis agi,
& quo longius procefferint, eo duriores esse
quandoque exantlandos esse labores, si vnicui
inde emergere debeant. Nam quò diutius de-
longius curstant, hoc magis atque magis ille-
cebrofis fallaciosi seculi huius nexibus irreti-
cantur, atque adeo perniciosè obligantur, ut
vix inde se possint excutere, efficianturque bru-
torum animantium similes, quæ non nisi pra-
sentia nòrunt & amplectantur. Sed nunc tuos
intenta obtutus. Mox homo iste apertis oculis
puellam quandam annorum quatuordecim
funi quodam ligatum post se trahere vidit ho-
minem admodum religiosum, quem sequere-
tur alius vir grauis & honestus sed secularis,
eadem resti adstrictus, vna cum coniuge sua
deinde scemina duæ eodem omninò vinculo
implexæ. Prima autem puella sub rete sese mi-
sit, aliosque omnes post se traxit. H. Obsecro
Domine, horum mihi significationem exprime.
D. Vir iste secularis & scemina homines
fuisse honesti, multoq; tempore religiose atq;
in Dei timore sine mortiferi perpetrations
pecca-

Nota horren-
dū exemplū.

peccati vixere. Hæc autem puella ipsorum primogenita est, quæ ad nobiles iam perducta annos, sub reti contemplata est mundi fallacis factum & superbiam, & vana gaudia, optauitque & statuit etiam illuc pergere, dicens patri & matri suæ, se eadem velle habere, quæ aliorum filiarum suarum similes habeant. Atqui parentes isti filiam suam à primis ætatis initijs ad suam capessendam originem Deum, educare debuisset. Sed eo neglecto, ad suum Confessarium sese contulerunt ei que rem ipsam exponentes, eius consilium petierunt. Qui id eis permisit, eo fine, ut in eorum, nempe ditium, amicitia permaneat: atque illis, ita nunc moris esse, atque idem etiam ipsorum progenitores fecisse, affirmavitque non esse noxium illam superbiam, nihil interim pensitans, Luciferum cum omnibus angelis suis ob elationis crimine à Deo profligatum esse. Atque hac de causa puella isthæc primo loco confessarium, ac subinde parentes suos sub rete post se trahit. Reliquæ autem duæ exemplarum illius imitatorum exemplum, eam sub laqueos sequuntur sunt. At nunc ad rupis huius extrema progrediari oportet. Processit igitur homo, cumque ad extrema venisset ac circumspiceret, videbatur sibi orbis terminos attingisse, respexitque deorsum ingenti cum dolore & miseria, atque ad Dominum. H. O Deus amantissime, fer opem, obsecro. Neque enim istud ferre valeo: Siquidem hinc horrendum quoddam ac immane conspicio monstrum, ut præ nimio angore statim animam rupto corde redditurus mihi videar: & nisi me adiures, peream necesse est. Namque istud proferre nequeo, quippe qui

Confessarium quam periculosa conuenientia.

Esaiæ 14.

Exempla mala quid pariant.

hor-

horribilem tremēdamque contueor speciem omnino mihi visu intolerabilem. Est immane ac horribile monstrum istud catena ingenui obligatum, eiusque virtus tantæ efficacitæ, timidinis ac roboris esse videtur, vt nisi tua immensa bonitas & misericordia Mundum seruariet, totum hunc orbem in mortem & exitium possit rapere. D. Permissus es hoc monstrum sub hac videre specie, quo in scripta referat. Sed si reuerà conspicerere id deberes, ita vt est in seipso, etiam si cordi tuo tanta inesset fortitudo, quanta vel mille cordibus, non posses non cōfestim scindi, nisi diuina virtute seruetur. H. Mi Domine, cuiusmodi est hæc species? D. Monstrum istud terribile Luciferi cuius sane ea fortitudo & robor est, vt sua catena totum post se mundum possit trahere, nisi pijs quibusdam etiamnum viuentibus hominibus prohiberetur. H. Immensas tibi Domine gratias agimus, quod adhuc tales supersumus, quorum meritis & precibus Ecclesia & Christiana religio conseruetur. D. Postea eos contempleris. Namque supremam habitant rupem. H. Obsecro Domine, multum ne adhuc valet teter spiritus in eos, qui hanc infimam rupem incolunt?

D. Nihil in eos potestatis habet, nisi quantum ipsi velint, & quamdiu à peccatis mortiferis immunis custodiunt. Attamen multa ei fiducia inest, eo quod Mundi rebus occupatos, & eorum cogitationes multiuarias esse animaduertat, ipsosq; procliuēs ad honores & comoda seculi: & quamuis peccatum nolint exitiale admittere, tamen non longe absunt à re-

Luciferi quanta fortitudo.

actioque & vita illorum multis exposita periculis est, quandoquidem hostis tartareus magno studio suis eos laqueis implicare conatur, trahitque eos hamo quodam, quo illis iniecto, impedit eos, ne rectum ad suam originem apprehendant iter. H. Quis est hamus iste, mi Domine? Quod hominum istorum institutum siue modus? & cuiusmodi sunt homines isti.

D. Vt iam antè dixi, homines sunt Christiani quidem, sed ita stolidi, vt se putent Deo simul ac naturæ posse seruire & viuere, quod tamen periculosum est valde, & incertum: volūt quidem homines esse integri, nec peccatum vllam mortiferum admittere, sed ideo, ne condemnentur: persuasumque habent, Deo se caros admodum esse, eò quòd se honestos putēt, vitæque ipsorum & instituta impensè eis placeant, vnde nullo flagrant vitæ perfectioris desiderio & amore, sicque mori volunt, quandoquidem nulla graui peccata admittunt. Quòd si quis eis dicere attentet, vitam ipsorum periculosam esse, eosque ad edomandam naturam pertrahere velit, ei non obsequuntur, sed potius retro obtemperant spiritui, qui eos irretitos tenet laqueo naturæ ipsorum, cui viuere moliantur. Denique non nisi seiplos spectant, neque ex suo iudicio & voluntate propria viuunt, vitamque ac instituta sua tanquam tuta delegerunt, cum tamen periculis pateant, eò quòd reuictimi sint.

H. Quando moriuntur, abeuntne ad superos?

D. Etiam: si tamen absque mortifero peccato excedant è vniuersis: sed ineffabiles habent in Purgat.

Deo & naturæ simul in-seruire vix possibile.

Peccatum licet minimū quanto supplicio expliandum.

Purgatorio pœnas perpeti ob singulas quas voluptates & oblectamenta naturæ, quæ vixquam absque necessitate ceperint. Crede mihi, si quis exploratum haberet, quanta luenda pœna ob minimam, quæ invito Deo sumitur naturæ oblectationem, priusquam vel ventilem perpetraret culpam, potius quotidie caput sibi amputari, ac novam inferri mortem timeret. Et tamen homines isti non solum memoratis plectuntur supplicijs, sed etiam ingratum perenni carere coguntur præmio & beatitudine, ob voluntaria naturæ percepta oblectamenta.

H. Equidem admiror, quotquot ista audierint, non statim penitus naturæ suæ valeant, cum tamen nulla neque pace, neque gaudio potiri liceat, præterquam in solo Deo.

D. Pace & gaudio in Spiritu sancto perfrui nemo potest, nisi qui se funditus Deo permiserit ac resignarit. Ad hoc gaudium si rupis huius habitatores pertingere vellent, primò id dicendum eis foret prudentum consilio, vitæ turam suam vincere ac edomare oporteret. Sed hæcenus satis infimæ rupis incolas didicisti. Jam porrò etiam eos videbis, eorumque existetia, qui superius alteram habitant rupem.

De secunda Rupe.

CAPVT XXIV.

DEVUS: Sursum adspice. Fecit homo illa quod iubebarur, cōtemplansque rupem proximam ipsò superiorem, quosdam ex illa

illa priori ad hanc alteram vidit proficisci: cumque eò peruenissent, quosdam subitò indè relabi, alios illic permanere. Ij verò qui illic perdurabant tanta erant claritate præditi, vt meos visum intendere non posset. H. Quæso, Domine, quid ista sint, declares. D. Quicumque ex prima rupe ad secundam sese recipiunt, homines sunt, qui primæ Rupis habitationem periculosam animaduenterunt, intusque admoniti vterius progredi, eique admonitioni morem gerentes, firmo ac audenti animo ad ipsam vsque alteram rupem conscenderunt. H. Quid sibi vult, quod aliquam multi rursus indè corruerunt?

D. Istius rupis habitatores austeriorem ac duriorẽ viuendi rationem & exercitia sectantur, atque illi qui primam incolunt. Itaque dum huc pertingunt, horum eis vita displicet, nimiumque aspera videtur, permittuntque se amalo absterri ac euerti spiritu, ita illis suggerente: Imbecilliores estis, quam vt istum possitis ferre rigorem: sicque in primam redunt rupem.

H. Cuiusmodi sunt huius alterius rupis incolæ? D. Aperi oculos & vide. Siquidem ipse Habitatores secundi rupis. eos contempleris oportet. Sub his verbis in alteram Homo delatus est rupem, viditque eius habitatores gratiorem tenere viuendi modũ, quam rupis infimæ: sed numero longè pauciores erant, quam qui inferius morabantur: & ipsa rupes ampla & amœna erat.

H. Quod genus hominum sunt isti, mi Domine? Mihi sanè præ alijs illis impensius placent.

Cc

D. Isti

D. Isti naturam suam domant, atque animo
 imperterrito à Mundo sese auertunt, propo-
 nuntque & constituunt voluntati propriae re-
 nunciare, & cuiusdam amici, Dei, qui iter ha-
 beat exploratum, consilijs obsequi, eique ad
 mortem vsque Dei loco obtemperare. Atte-
 men iidem procul adhuc à sua distant origi-
 ne, callideq; eis nequam spiritus infidiatur & in-
 diosè obseruat, metuens eos è suis manibus
 lapsuros. Itaque hamo in eos coniecto, eos sus-
 sistere, nec sursum ad suum principium prop-
 contendere facit.

Hamus spiri-
 tus maligni
 quis.

H. Ecquis iste hamus est Deus suauissime? D.
 Posteaquam hanc vitam aggressi sunt, in eaque
 progredi incipiunt, inspirat eis dæmon carna-
 reus, nimis teneros & debiles ipsos esse, seque
 admodum remissi fiunt, nec improbi illius
 spiritus fallacias & dolos aduertunt vel ob-
 seruant, qui tamen in ipsis siue in ipsorum
 carne demoratur, insuffuratque eis, & horra-
 tur bono esse animo, & diuinæ bonitati abun-
 de confidere, vt qui iam Mundo valescerent,
 quo tamen annis plurimis perfrui potuissent,
 atque hoc pacto in spiritalem eos adducit su-
 perbiam, quam nec ipsi agnoscunt, adeoque
 iam sibi sapere videntur, vt nullius neque con-
 silio, neque adiutorio habeant opus: & ita ob-
 nique in eis efficit, vt hac viuendi ratione
 contenti sint, in eaque diem suum obire ve-
 lint.

H. O. Tamen amicis DEI sese permisissent
 ac subdiderunt, cur ergo à eos proximam non
 docent viam?

DEVS, Amici DEI hamum ipsis à dæmo-
 ne in-

ne iniectum probè norunt, verenturque si du-
 rius ac seuerius eos habeant & tractent, ne pe-
 nitus sub retia deuoluantur, deterioresque
 quam antea euadant. At tamen si in hac per-
 iterint rupe, chariores multo sunt DEO, at-
 que illi qui in infima degunt: eò quod natu-
 ram suam austeriori imperio & durioribus
 exercitijs aggressi sint, atque ea re principio suo
 viciniore sint.

H. Habebunt ne, mi Domine, olim Purga-
 torij sentire peenas? D. Immo sanè, diros &
 perquam immanes in Purgatorio ferent cru-
 ciatibus, mitiores tamen quam primæ rupis in-
 colæ, præ quibus etiam longe maiora conse-
 quentur præmia. Hoc vnum pro certo habeas,
 quisquis ad suam cupit redire originem, rupes
 omnes montis huius transcendat oportet, do-
 nec ad summum vsque illius pertingat verti-
 cem. H. Equidem mi Domine, tanta te bonita-
 te, fide & benignitate præditum noui, si quis re-
 verà totus tibi fideret, animoque intrepido
 creaturis omnibus prorsus renunciare statue-
 ret, teque in suum amicum eligens, totis virib^{us}
 sese ad te conuerteret, perpetua eù ope tua frui-
 turum, subtiliterque cunctas hæc sublimes
 rupes transcendendum.

D. Ita est vt ais. Si quis audenti & virili sit a-
 nimo, constantiq; voluntate præditus, ei haud
 dubio Deus opitulatur, ac vltius pronehit.
 Sed tales hæc ætas per paucos habet. H. Ob-
 secro Domine, huius te mi-
 serescat.

CAPVT XXV.

DEVs: Agè dum patefactis oculis sursum
adspice. Mox homo iste oculis sursum
versis rupem istam contuens, quasdam
hinc ad tertiam vsque conscendere vidit: cum
que ad eius superiora peruenissent, nonnulli
inde recidere, alios inibi perstare, qui celatim
admodum ex prima rupe ad secundam, &
inde ad tertiam percurrerant. H. Quid curus
iste velox hominum in tam sublime scandere
rium designat?

D. Hac ætate eiusmodi cursus rarus est: sed
olim sæpenumero homines magno animo &
subtiliter sese ad æternam transferebant veritatem,
fidenterque tum naturæ suæ, tum caducæ
creaturis omnibus nuntium remittentes, tam
seridè in suam se recipiebant originem, ut
impetu, diuina freti ope, cunctas has præcellas
percurrerent rupes, atque ad montis huius
cummen peruolarent. H. Nôsse velim, quales
sint, qui hanc tertiam habitant rupem. D. Non
ipse eos contempleris. Quo dicto, confestim
in tertiam est euectus rupem, vbi ingenti
perfusus gaudio, eò quòd longè illi placerent
magis huius habitatores rupis, quam alij
in inferiorum.

H. Dic, obsecro, mi Domine, cuiusmodi sint
homines isti. D. In maiori apud Deum gratia
& precio sunt, quàm quotquòt inferius degunt.
Porro seuera & aspera hæc exercitia idcirco
colunt.

colunt, vt beatitudinem obtineant, & damnationis pœnas enadât, & exigua Purgatorij tormenta subire cogantur. Plures namque mundi occupationes & curas, quam alij, abiecerunt. Verum tamen illis meliores sunt, at tamen à suo principio adhuc procul remoti sunt, hostisque tartareus suum in eos hamum misit, quo eorum progressum remoratur ac impedit. H. Quis est iste hamus? D. Quòd etiam nū non nihil cum hoc mundo commercij & occupationis habent, in quo tamen seipos lpectare se animaduertunt, cunctaque aspera & rigida exercitia sua, cum quadam proprietate & complacentia suâ possident. Is videlicet ingens ille hamus est, quo eos, ne procedant, detinet. H. Cogentur ne & ipsi Purgatorij pœnas perpetui? D. Si tales hinc decesserint, grauitè punientur, leuius tamen, quam cæteri ante dicti, maioreque illis obtinebunt gloriam, eo quod naturam suam virilius aggressi sint.

De quarta Rupe.

CAPVT XXVI.

DEVS: Attolle oculos, & suspice. Contuitus homo iste, nonnullos ex tertia rupe conspexit ad quartam progredi, eaque obiecta, a statum inde corruere, & ex ijs quosdam sub ipsum vsque rete deuolui. Respiciens autem homo iste deorsum, vidit quendam ceptiter aduolare, & magna pernicitate montem hunc conscendere, atque per tres rupes vsque ad quartam vno impetu currere. H. Quæ

Cc 3 est

est horum significatio Domine? D. Illi qui in hac quarta rupe sub retia semel prolapsi sunt, eos designant, qui seueris exercitijs multo tempore negotio ad quartam vsque rupem ascenderunt, vbi cum longius in sublime progredi debuerunt, ab hoste tartareo & propria carne vinculis passi sunt, adeo vt deorsum in retia reciderent, vnde si vnquam huc redire debeant, hoc opus hic labor erit.

H. Quid sibi vult, quod vnus ille ex retia celeritate per tres hasce rupes ad quartam vsque vno cursu peruolauit? D. Tantus, tamque vehemens illi homini sub reti dolor fuit, contritio collata est, vt si cordis sui sanguinem scribendo exhaurire licuisset, nihil detrectasset: atque insuper naturam suam vsque adeo rigidis est aggressus exercitijs, vt non medicriter viribus fractus sit. Cernens autem Deus tam forti ac feruenti eum animo præditum, naturamque suam tanto feruore aggredi, operi illi præstitit suam, qua subnixus, breui ad horum peruenit sodalitatem. H. Cuius farinae sunt homines isti, qui supra nos quartam habitant rupem, & quæ eorum viuendi ratio est? D. Iam tuis id oculis explorabis. Quo dicto, statim in quartam se rupe collocatum reperit, eiusque speculas leuissimus contuitus est, siquidem eorum longe gratior, atque aliorum omnium, adspici erat. H. Horum exercitia vt me edoceas precor.

D. Naturam suam seuerè & audacter arripunt, & noctes, atque dies, quantum vires inueniunt sese exercent. H. Suntne igitur homines prorsus electi & absoluti? D. Boni quidem sunt, sed non penitus absoluti. Procul-

iamm

iamnum à sua absunt origine, tamen si propius
multo ad eam accessere, quàm inferiores om-
nes. Atqui teter spiritus quodam eos hamo ce-
pit & distinet, ne ad suum principium vicinius
sele adiungant.

H. Dic, obsecro, mi Domine, quis sit hamus
iste. D. Omnes isti sua exercitia suas actiones,
sua instituta quadam proprietate sui, & pro-
prio iudicio possident, nec ab hac proprie-
tate ab villo se abduci patiuntur. H. Nihil i-
gitur, vt equidem sentio, præter resignatio-
nem eis deficit.

D. Ita est vt ais, Debebant namq; renunciare
sibi ipsi, quando nemo vnquã propriã deditus
voluntati, ad suam potest originem in hac vita
peringere. Sæpe quidem probantur homines
sibi, num sese resignare velint, sed parũ prodest.
Dum namq; à Deo resignationis eis offertur lu-
men, mox cacodæmon ex propria voluntate &
iudicio susceptorum institutorum hamum eis
inijcit. Irretitos namq; eos retinet proprietatis
laqueo ex qua cuncta sua opera, exercitia & in-
stituta peragunt. Quod versipellis ille nõ osci-
tatur obseruat, certus videlicet, si funditus sese
resignarent, eisq; humiliter Dei loco submitte-
rẽ, quibus est via exploratior, mox grandium
exercitationum & laboris sui fructum & gustũ
eis præstaturũ Deum, atq; per sublimes occultas
& prius eis in experta semitas eos perdu-
cturum. H. Admodum mihi arident homines
isti: siquidẽ ad spectu benigni & amabiles sunt.

D. Verum est id quidem: at tamen facilẽ ad
iram, & nonnulli etiam ad alia vitia permo-
uentur: & licet pro viribus ab his sibi caueant,
C c 4 nihil

nihilominus nonnunquam his implicantur, idque ea ex causa, quod etiamnum irrefignati sint, & rebus mundanis necdum emortui, nec in vera sese resignatione exercitârint. At qui in maiori apud Deum amicitia sunt, quam illi omnes, quos hactenus intuitus es. Id autem pro certo habeas, cæteros longè alia via ingredi oportere, quàm qua nunc gradientur, si unquam ad eam debeant perduci semitam, qua ad principium pergitur.

H. Etiam ne his acerbi in Purgatorio cruciatus ferendi sunt, qui omnem suam aetatem operis & magnis transgère exercitijs?

In Purgatorio quid aboleri oporteat

D. Quicquid hinc irrefignationis quantumvis exiguæ secum homo absorptârît, id totum in Purgatorio aboleri oportet, atque ob eandem suam irrefignationem etiam grandi in cælis præmio frustrabitur. Immane igitur homines rupis huius, si tales obiérint, Purgatorium experientur, sed longè minus quam inferiores, præ quibus etiam multo melius habebunt.

H. Experiuntur etiam quippiam occultæ singularis gratiæ tuæ, quam tuis interdum amicis præstare soles? D. Quamdiu tam eminent irrefignati, nunquam singularem illam & secretam experiuntur familiaritatem, quam DEVS peculiaribus suis amicis exhibet. Si quidem bona venia tua liceret, oratum vellem Domine, tuos mihi amicos occultos demonstrares.

D. Videbis eos, sed adhuc longè sublimius ascendes de rupe in rupem, donec montis verticem apprehendas, ubi tum eos contem-
plaberis.

plaberis. Atque adeo etiam tu ipse tuam con-
spicies originem.

H. Idequidem non ambio. Immo si potest
feri, tanto honore te me afficias precor. Siqui-
dem miserum me atq; nihil exercitatum & vir-
tutibus vacuum agnosco homuncionem: atq;
caere, tanta dignitate indignus sum. Tamen nō
mea, sed tua voluntas fiat.

Matth. 26.
Marc. 14.

De quinta Rupe.

CAPVT XXVII.

DEV S: Tolle sursum oculos, & vide. Sus-
pexit homo, & quintam rupem ceteras
longè excedere contuitus est, paucosq; ex
inferiorum incolis eo proficisci, & eos quidem
qui in quarta morabantur, sæpius moliri ascē-
sum, sed vbi ad eius suprema venissent, magna
ex parte inde recedere, & paucos admodum in-
ibi permanere. H. Quid tibi vult, tam paucos
hanc præcellam attingere rupem, in eaq; per-
durare? D. Mons istæ miræ est altitudinis. Quis-
quis autem sublimiter scandere molitur, non
potest non difficiles experiri labores. Sed qui-
cunque ad hanc quintam peruenit rupem, in
eaque perstitit, is iamprimum ad verum per-
tigit iter, quo ad principium tenditur. H. Hu-
ius rupis incolæ nōsse velim. D. Ergo intentis
cerne obtutibus. Eodem momento in quinta
serupe collocatum reperit, hominesque illos
haud mediocriter latus alijs omnibus longè
amabiliores & iucundiores intuitus est. H. Qua-
les sunt ij, quos modo conspexi? quæ eorum

Cc 5 vita,

vita, quę exercitatio est? namque vt video, precii valde sunt.

D. Isti propriam suarum voluntatem Deo dediderunt, penitusque constituerunt, nihil vnquam ex propria voluntate, cognitione, & actione & vita agere, sed quendam Dei amicum, viam huius ex propria experiētia bene peritum inquirere, atque illi Dei loco ad mortem vique sese submittere ac obedire. H. Magis horum delector adpectu mi Domine, quam quotquot infra ipsos degunt, eosque charos habeo, vnde te eos habere puto.

D. Sunt reuera Deo chari, eò quod verum sint assecuti iter, in quo si perseverauerint, in magno apud Deum precio erunt. H. Propius adsunt suę origini? D. Minimè: sed ab ea longe adhuc seiuncti sunt, & multa eis ad eam via superest, sensitque hostis tartareus veram eorum apprehēdisse viam atque eam ob rem hamo quodam in eos coniecto, ab ulteriori progressu eos remoratur. H. Obsecro Domine, quis est hamus iste?

D. Quod non semper in hac rupe constanter perseverant. H. Estne omnium horum communis actio & omisso? D. Est, sed cunctos tenet spiritus grandi quodam hamo captivos retinet, qui est instabilitas. H. Quę est ergo eorum instabilitas? D. Ea videlicet, quod non nunquam à quinta rupe in quartam demigrantes, proprio iudicio & voluntate suscepta inlicita sua, cuiusmodi quartę rupis incolę sectantur, repetunt & assumunt, atque ita fursum deorsum ex vna in aliam sese rupem conferunt, neque constanter in quinta rupe perseverant. H. Vnde

hæc proficiscitur instabilitas? D. Quod eorum
nequum penitus emortua est propria volun-
tas. At tamen inferioribus cunctis Deo multo
chariores sunt, eo quod propriam exuerint vo-
luntatem. Et quamuis non perpetuo perseue-
rent, maxima tamen ex parte in resignatione
persistunt. H. Habentne etiam ipsi ferre Pur-
gatorium? D. Habent, & quidem ingentes ferre
penas, si sic decesserint, mitiores tamen, quam
qui infra versantur, atque etiam illis omni-
bus excellentiorem obtinebunt beatitudinem.
H. Quam igitur mundos eos esse oportet, qui
ad te pertingere debeant: quod sanè etiam æ-
quissimum est.

De sexta Rupe.

CAPVT XXVIII.

DEVS: Tolle in sublime oculos, & adspi-
ce. Fecit homo quod erat iussus, & sextam
rupem cæteris longè eminentiorem cõ-
tuitus est, paucosque ex quinta ad illam perge-
re, & eos ipsos dum ad eam pervenissent, repè-
te inderelabi, atque ita eos habere, ac si capite
elisi essent: videbaturque ipsi, tam raros in ea
permanere rupe, ac si vix vnus è centum, ibi
persisteret? H. Quæ est horum, Domine, signifi-
cario? D. Oculis apertis adspice. Mox in sextam
est subuectus rupem, viditque inibi homines
gratissimos. & alijs omnibus infra degentibus
longè amabiliore, ipsamque rupem amplam &
perquam elegantem, sed paucissimos eius
incolas, at eos ipsos, quamuis numero raros,
tamen,

tamen ad aspectu formosos & iucundos. H. Ex animo, mi Domine, homines isti mihi placere quaeso, indices quinam sint, nam plus his, quam alijs omnibus, quos haecenus adspexerim, delector. D. Placent itidem haud vulgariter Deo, & magna illius flagrant gratia.

H. Cuiusmodi (oro) sunt? D. Deo & amico illius loco eius sese permiserunt ac subdiderunt, propriaeque renunciârunt voluntati, atque usque ad ultimum usque spiritum perseverare struunt. H. Perueneruntne igitur ad suam originem?

D. Adhuc à suo principio longè remoti sumus, & ut eo pertingant, longè sublimius scandere necesse est. H. Quid ita? D. Grandi eos hamo nequam spiritus distinet, ne ultra progrediantur. Cum enim eos rectum affectum iter, atque cunctis quos ante vidisti, suo principio coniunctiores animaduertat, terrore correptus est.

H. Quis est igitur hic hamus, quo eos comprehensos tenet? D. Is nimirum, quod aliquam ex Deo cogitationem & consolationem in ista aliorum percipere appetunt. Quod licet malum non sit, non est tamen proximum ad originem capessendam. Siquidem hoc desiderium cum occulto quodam vitio coniunctum est, quod sese alicui comparare audent, nec sinant operari Deum, quicquid & utcunque & in quibuslibet que velit. Atque hoc idem etiam ipsi non noscunt, & tamen dæmonum susurrijs acquiescunt.

H. Suntne gratiosi homines isti à Purgatorio immunes? D. Si tales hinc emigrârunt, durat

duras dabunt pœnas, sed non perinde vt inferiores, habebuntque longè excellentiorem beatitudinem.

H. Quî fit, quod tam præclari homines nõ progrediuntur? D. Ea vtique ex causa, quod occultas naturæ suæ quæstiones & vitiosa desideria necdum ad viuum refecârunt: quorum tamen & cognitio & extirpatio cumprimis esset necessaria.

De septima Rupe.

CAPVT XXIX.

DEVS: At nunc porrò sursum adspice. Respicens homo, septimam rupem immani altitudine vltra sextam eminere vidit, rarosque ex sexta eò pertingere: qui verò perigissent, paucis exceptis, cunctos subitò deorsum relabi. H. Quid ista significant? aut quinam sunt isti? D. Iam tute videbis. Eodem temporis punctu in septimam est trāsatus rupem, cæteris quidem amœniorem & amplio-rem: sed eius incolæ pauciores, quam vllius inferioris: ac nihilominus alijs omnibus anteditis longe amabiliores, pulchriores ac illustriores erant. H. Obsecro, Domine, qualesnam sunt isti? D. Deo se penitus resignarunt ac dederunt, idque firmo sic vsque ad mortē perseuerandi proposito, omnemque conatum eò adhibent, vt quoad possint, naturam rationi subdant: cupiuntque omnibus, quæ à DEO vel foris, vel intus exiguntur, satisfacere, siue ea sint externa opera, siue intrò se recipere, & illius

illius denique gratissimam obseruant voluntatem. Quod autem tam insolita visuntur loca conspicui & splendidi, inde fit, quod gratia huiusmodi splendorem singulari quodam modo Deo eis impertijt, vnde præ cæteris inferioribus vsque adeo relucet.

H. Suntne ipsi igitur, qui suam apprehenderunt originem? D. Minimè adhuc longa est restat via. H. Qui fit, quod tam pauci in sua commorantur origine? D. Tuis adhuc occulte id ipse perspicies. H. Quonam amabiles homines isti inde detinentur impedimento? D. Spiritus tartareus immani quodam vncio eos coniecto id efficit, ne longius procedant. H. Quid sibi vult, quod istos vncio retinet, alij hamum iniecit? D. Veretur admodum improbus ille, ne isti in suam abeant originem. H. Ecquis vncus ille est, quo eos remoratur? D. Magnam homines isti, & haud vulgarem Deo percepere gratiam & ea ipsa nonnunquam pro suæ naturæ delectatione vtuntur multis modis, quod tamen non funditus obseruant, neque agnoscunt, vt & meritò possent & deberent. Atqui teter spiritus, qui id hortatur, pro sua calliditate facilè id aduertit. Cumque optata Dei consolatione se sentiunt destitutos, Dominici corporis Sacramentum accipiunt, eò quòd diuinam experiri consolationem appetant. Sed id perfectioni proximum non est. Adhuc alios cõspicies, qui his omnibus emortui sint. Porro huius rupis incolæ ista & alijs consimilibus delectationibus ac consolationibus nimis occultè in sua vtuntur natura. Quod licet exiguum tibi videatur impedimentum, tamen

tamen eius causa non exiguas luent Purgatorij
penas, quamquam longe minores, quam qui
infra ipsos degunt, quos etiam præmij magni-
tudine superabunt.

De octaua Rupe.

CAPVT XXX.

DEV S : Agè nunc suspice. Adspexit homo
Octauam rupem, cæteris omnibus hor-
renda excelitate altiorem, viditq; pau-
cus ad eam tendere, atque eos ipsos, postquam
ad eam pertigissent, maxima ex parte inde cõ-
festim recedere, ita vt rari illic permanerent.
H. Quod genus homines sunt isti, quibus ve-
nuntur exercitijs? D. Ipse id tuis lustrabis ocu-
lis. Nec mora, in ipsam octauam euestigio ru-
pem perductus est, cuius incolas iucundiores,
splendidiores ac elegantiores, quam quoscun-
que ante perspexerat, intuitus est. Vnde mirissi-
mè exhilaratus, ait ad Dominum. H. Cuiusmo-
di sunt isti?

D. Homines sunt Deo perquam chari, & in-
feriores omnes excefferunt. Deoque se penitus
permiserunt ac obtulerunt, quicquid eis facere
velit in tempore & æternitate. H. O vtinam
Domine DEVS tales in multos nostra habe-
rent tempora.

D. Et quinam multi esse queant, cum tu ipse
ternas, quam exiguus eorum numerus sit, v
qui ob amorem & honorem Dei, rebus hisce
temporarijs, caducis, ac naturalibus prorsus
renunciare, ac pure & sincere eas repudiare &
abne-

Amici Dei omni
que adeo ra-
ui auenit.

Rebus cadu-
eis quibus,
cur reuanci-
andum.

Diuities &
res tempora-
les quatenus
habere lici-
tum sit.

abnegare velint? Quando igitur eò vinctum
adduci poterunt, vt id, quod æternum, immen-
sum ineffabile est, funditus resignent? H. Quod
ais temporaria cuncta penitus deserenda & ab-
neganda esse, id ita plerique accipiunt, ac si se
cultatibus & bonis suis temporalibus nudan-
se debeant: atque eo ipso perterrentur. D. Sane
quisquis ad hanc octauam cupit euolare rursus
rebus & bonis suis temporarijs, quæ inter Deum
& ipsum aliquod possint medium efficere, se
exuat & exoneret necesse est, aut certe ita
seruet, vt eas nihil pendat, nec sibi appropriet,
sed tanquam non habens habeat, potiusque
promoueatur ad Deum, quam erga illum impe-
diatur. Hoc pacto quisquis eas res habet, licet
eas obtinet, si tamen in eis non seipsum spectat
vel amet, sed solum Dei honorem. Illi, in quibus
permittit Deus, vt vitæ sustentandæ necessitas
inde accipiat, quodque superest, totum Deo, qui
ius reuera est, impertiatur.

H. Equidem plurimum lætor, quod ho-
mines huius raris suam sperem obtinuerint
originem.

D. Neutiquam sanè: sed præ cæteris, quos
hactenus videris, illi proximi sunt, domusque
gratiæ potioribus, abundantioribus ac splen-
dioribus, quam omnes inferiores, aucti & co-
nati sunt, multaque & magna à Deo videre per-
missi sunt mira & stupenda, quanquam omnino
sub formis & imaginibus. H. Quid est igitur,
est ultra formas & simulacra. D. Nonnunquam
hominibus istis exiguus quidam ex origine
præstatur fulgor, quem nulla exprimere spe-
cie vel forma, nec verbis ullis explicare queunt.

H. Spe-

H. Spero hos homines nihil purgandum habere. D. Habent sane etiamnum, quod in Purgatorij locis expiari oporteat. H. Quidnam est hoc? & quare etiam ipsi tam ægrè suum attingant principium? D. Binos eis, eosq; grandes, infixit vncos cacodæmon, quibus in vtrunque latus iniectis, ne ex ipsius elabantur manibus, eos retinet.

H. Quinam sunt vnci? D. Exiguus quidam, ut dixi, originis fulgor eis respicuit, cui mox tam desiderio sese applicuerunt, plus inde expediti appetentes. Sed id perfectissimum aut primum non est. Si quidem etiamnum occulta quadam propriæ voluntatis labe adpersi sunt, quam tamen nec ipsi agnoscunt, neque funditè profligârunt. H. Quis est alter vncus? D. Raris quibusdam & miris eos Deus duxit itineribus & inuisitata quadam ac ingentia eius mira sub formis multimodis visenda præbuit, eaque ipsi occultè admodum cum proprietate quadam possident, ut nec ipsi id aduertunt. Sed Deus id abunde perspèctum habet, nec tamen vsque ad eos illis ficit, ut hanc eis spiritalem ausit gratiã subtrahere & occultare, sed parcat eis, eo quod mundum ipsorum in natura abditum, probe agnoscit, quem ipsi nesciunt. Hic videlicet alter vncus est, quo ab inimico distinentur, ne suam assequantur originem.

H. Cuiusmodi eos esse oportet, si vtroq; hoc vncus liberari velint? D. Penitus emortui ac funditus resignati sint, naturamq; suam prorsus mortificarint, & naturæ viam dilucida discretione funditus cognitam habeant necesse est, si vnquam ad suum principium propius

Quo quis
proxime ad
suum accedat
principium.

Dd velint

velint accedere. H. Miseret me Domine De
 etiam hosce præclaros & amabiles homines
 in Purgatorio castigandos esse. D. Si Christus
 nus orbis multos eius generis haberet, Jo
 gè profectò melius cum hominibus, qu
 nunc, ageretur. At tamen certum habet
 horum pœnas multo fore mitiores, qu
 inferiorum, itemque beatitudinem multo
 modis cumulatiorem.

*De nona rupe, & habitatorum eius
 exercitijs.*

CAPVT XXXI.

DEVS: Nunc porro lætus sursum erectis
 luminibus adspice. Suspexit homo
 nonam rupem, eamq; tam horrendam
 intuitus altitudinis, vt vix sibi oculis eam
 qui posse videretur, ac si summum attingeret
 cælum. Vidit etiam perpaucos ex octaua
 in nonam pergere, & eos ipsos tamen dum ad
 suprema venissent, partim inde præcipites ro
 ere, & sæpius quidem ascendendi periculum
 facere, sed toties inde relabi, aded vt perpauci
 inibi perdurarent, qui vix trium numerum
 explere videbantur. Qui verò inde recidissent,
 eos mortuos credidisset.

H. Quidnam sibi vult Domine, ista periculi
 tatio & prolapsio, & tam paucos hinc permanere?
 re? D. Quod arduum & excelsum est, difficile
 scanditur, cum igitur pauci ad mortem vsq; in
 hac vita periclitari se velint funditus, etiam
 rari huc perungunt, qui tamen vbi homines
 mor, q

hos tam ab alijs semotam & abstractam con-
 spiciunt vitam agere, territi inde corruunt. H.
 Huius me Domine ex animo miserescit. D. At
 nunc hilariter suspice. Sub ijs verbis in hanc
 nonam præcellam, vastam, horribilē, imma-
 gem se sensit perductum rupem, videbaturque
 ipsi, si rupes omnes ante memoratæ in vnu
 conflata forent, non tam sublimes, ingentes,
 amplas ac elegantes, vt hanc nonam, esse futu-
 ras, in qua tamen perpauci degebant, ex quò
 rari adspetu plus gaudij & voluptatis cepit
 homo iste, quam omnium cæterorum. H. Quid
 est, quod rupes ista tanti est decoris & amplitu-
 dinis, & tamen tam raros habet incolas? D. Nō
 sic à Deo rupes ista instituta est, vt tam pauci
 eam habitent. Noueris hinc esse portam, quæ du-
 cit ad originem, vnde res creatæ omnes in cæ-
 lum & in terra promanarunt. H. Quid est, quod
 homines isti forinsecus vsque adeo debiles, in-
 us autem haud aliter quam spiritus angelici
 illustres ac splendidi videntur? D. Nihil mirū
 est, si ex tam difficili harum rupium ascensu
 sint debiles effecti. Neque vlla in eis vel sangui-
 nis vel medullæ particula superest, quæ non
 exaruerit. Quo fit, vt viribus imbecilles sint.
 H. Quo pacto igitur in hac vita durare queunt?
 D. Parum & castum ille eis sanguinem ac me-
 dullam subministrat, cuius causa naturalem &
 purum sanguinem & medullam suam con-
 sumpsere. Et tamen etiam tutus omnis sanguis
 exaruit & emortuus est. H. Id equidem mi Do-
 mine ignoro. D. Verum id est, namque huius te
 memorem reddidit feruentissimus Deus Iesus
 Christus, quo præditus es.

Dd 2

H. Quam

Homines qui
cur intus an-
gelorum in-
stat resplen-
deant.

H. Quam ob rem homines isti intus ceu
geli lucent? D. Tam immensus eis à Deo in-
sus amor est & gratia, vt non possit non ex-
relucere, tamen si id ipsi nesciunt, sed nec
appetunt. Quamuis autem pauci numero
at tamen super ipsos ceu columnas Deus Ec-
siam consistere permittit, qui nisi essent, De-
Ecclesiam & Christianos omnes pessum tra-
neret: moxque Luciferò copiam faceret totius
terrarum orbem cum reti ad sese rapiendi.

H. Heu tantam esse horum paucitatem
rene quandoque amantissime Domine
numero?

D. Intra paucos annos multo plures
H. Meo iudicio, Domine Deus, necessari-
isset, eos in hac vita in subsidiū Ecclesie
qui. D. Noluit Deus, vt pijsimi homines
inter perfidos degerent Christianos, qui
vitam agunt omni discipline & constitu-
bus Christianæ religionis è diametro re-
nantem. H. Qualis est horum viuendi
Domine? perspectumne habent se suæ
tam esse propinquos? D. Non quidem
certi sunt, sed interdum modicus quidam
rigrine fulgor in eos vibratur, vnde facili-
maduertunt, aliud quiddam in ipsos cor-
re ac irradiare. At ipsi tam purè, nudè ac
plicitè Deo sese in fide Catholica permittunt
ac resignarunt, vt vbi quippiam à Deo
dæ consolationis accipiunt, magis inde re-
antur, quàm dum talibus carere sinuntur. Ni-
hil enim appetunt aliud, quàm exemplar Chri-
sti in simplici fide simplicitè imitari. Nullam
neque desiderant, neque amant, neque spectant

Verorum re-
signatorum
vitæ ratio,
quæ.

OT
40

consolationem. Tam purè ac simpliciter fidei
Catholicæ inhærent, vt nihil scire neque ap-
petant, neque spectent. Tanta in eis inest humi-
litas, vt se cunctis oculis atque consolatorijs
Dei donis putent indignos, atque ea re nec ex-
petere ea audent. H. Nihilne igitur omninò ap-
petunt? D. Nihil omninò appetunt, nisi vt ho-
nor Dei perficiatur. Vsq̄ue adeo se Deo resignâ-
nt, quicquid tam cum ipsis quam cæteris
creaturis omnibus agat, id eis ex animo gratifi-
candum sit. Itaque si quicquam ipsis largia-
tur, placet eis: si auferat, æque placet: atque
nihil ex omnibus sibi vsurpant. Magis ta-
men dulcia fugiunt quàm amara. Siquidem
dolorem amant.

H. Aliquisne in eis timor inest? D. Neque in-
fernum, neque Purgatorium, neque demones,
neque vitam, neque mortem timent: sed om-
nis eis timor seruilis ablatu est: dicitur autem Chri-
sti exemplar ita vt vellent & deberent, se nec-
esse imitari verentur. Vsq̄ue ad humiles
sunt, vt & seipos & cuncta sua opera, quæ vn-
quam effecerint, nihil pendant, & infra crea-
turas omnes se abijciant, nec cuiquam se vel in
tempore, vel æternitate comparare audent. Ho-
mines omnes æqualiter amant in Deo, & quis-
quis Deum diligit, eum etiam ipsi amore pro-
sequuntur, atque mundo huic penitus mortui
sunt, & mundus in ipsis penitus extinctus est:
tam etiam que actiones rationales siue intellectu-
ales, quas cum proprietate quadam vel quibus-
libet modis vnquam possederint, in eis emor-
tuæ sunt. Tales nimirum sunt, qui Deum cun-
ctis suis & actionibus & omissionibus spectant

Dd 3 & a-

Perfectedè resi-
gnati vt sint
ab omni ti-
more seruili
liberi.

& amant. Seipfos quidem neque intentione
 neque amore profequuntur, neque aliquo
 commodi vel honoris fui vſquam in tempore
 vel æternitate aucupantur. Seipfos & vna ſeti
 creaturas omnes in tempore & æternitate am-
 ferunt, atque in quadam viuunt docta igno-
 rantia, neque quicquam ſcire cupiunt: neque
 adhuc viderunt originem ſuam Deum, neque
 in hac vita videre appetunt, eo quod ſe indignos
 nos putent. Pro certo noueris, improbos ſpiri-
 tus omnigenis eos, que quidem excogitari poſ-
 ſunt, nonnullis etiam humanum modum
 ſenſum excedentibus diuexaſſe tentationibus
 & modo quidem nullam ſentiunt tentationem,
 ſed ita Deo ſuam reſignarunt voluntatem, &
 eaſdem & cruces omnes, quas Deo permittere
 ſuſtinuerint, parati ſunt ruruſ cum gaudio
 ſuſcipere, ſi Deus velit. Creaturæ omnes ipſos
 cruciarunt, quas tamen peruſlere, & ſi denique
 ex voluntate Dei ab illis affligi oporteret libe-
 riſſimis acciperent animis: quando Deum
 Dominum ſuum ſua ferenda cruce ſe præceſ-
 ſiſſe norunt. Ad vltimum vſque ſpiritum non
 alia, quam hac, via ingredi cupiunt, & quam
 uis ipſi mundo ſint incogniti, tamen mundus
 eis probe perſpectus eſt. Ipſi nimirum veri ſunt
 homines illi, & veri adoratores, qui patrem
 adorant in ſpiritu & veritate.

Ioan. 4.

H. Equidem mi Domine vereor, librū hunc
 lecturis offendiculo fore neque enim debent
 margaritæ porcis mitti. D. Id tu Deum curare
 ſinas. Crede mihi, ea quæ hoc extremo loco de
 huius nonæ rupis incolis ſcribuntur, maio-
 rem Eccleſiæ vtilitatem adferent, quam alia
 quæcun-

Matth. 7.

quæcunque hoc libro continentur. Porro certis, vnum aliquem istorum hac in rupe deuentum, Deo longe chariorem, & Christianæ religionis vtiliorē esse, quam mille alios suis proprietatibus viētes institutis. Neque cuiquam mirum videri debet, multa hic sub figuris aut imaginibus proponi. Nam aliter, quid sibi velint, intelligi non posset. Siquidem Deus omnipotens tam ingens bonum est, vt nullus humanus eū posse sensus assequi. Vereris quidem ea, quæ te hic scriptis mandare iussi, non posse intelligi. Et tamen etiamnum quidam supersunt, licet pauci, qui huc viuendo pertigēre, qui ea probè capiunt. Siquidem de nouem Angelorum ordinibus, & de eorū creatione scribere te iussissem, si vti que rarum quiddam & peregrinum atq; humano humana intelligentia remotum fuisset, neq; hominis posset intellectus assequi.

2. Cor. 12.

H. Nulline alij ad suam licet peruenire originem, nisi qui apud istos in hac nona rupe commoretur? D. Paulo Apostolo id præstitum est, sed is postmodum grauem est crucem sustinere compulsus ad mortem vsque, ac tandem vitam ea causa vitam amittere. Virtutibus non bene exercitatis minimè fidendum est, idque tanto minus hac tempestate, quam ante annos centum. Tutissima sane via fuerit, vt quis grāte & celsas hæc rupes omnes, veram semper equabiliter sectando resignationem & virtutum exercitatione transcendat in hanc vsque bonam rupem, in ea demum veram experturus pacem. H. Vereor mi Domine, per plures multos annis per diuos aberrasse viarū anfractus & longas amlages, nec tamen ynquam ad

Via tutissima
quæ.

Dd 4 tran-

tranquillos & pacatos huius rupis incolas per-
tingere potuisse. D. Ecquis tandem hodie con-
spicitur, quem ingens huc pertingendi cupido
teneat? H. Confido sanè per plures hoc tenet
desiderio. D. Ita sane, si pro suo iudicio ac vo-
luntate eo pertingere liceret. Sed opera non
amplectuntur. H. Dulcissime DEVS, ane ho-
mines isti ab omni purgatorio immunes eua-
lant? D. Planè si hac in rupe ad vltimum per-
fiterint spiritum, tum demum omne Purga-
torium euadunt.

Summe per-
fecti cur ad i-
ma præcipi-
tes quandoq;
relabantur.
Isa. 14.

Quinam he-
mines ipso
dæmonæ ma-
gis vitandi.

H. Etiamne hinc quâdoque prolabi possunt?
D. Nonnunquam ita euenit, vt ex hac imma-
nis altitudinis rupe quidam sub ipsum vique
rete corruerent. Idque hac de causa, quod in-
nem sui complacētiam teter spiritus illis in-
stillaret, nec tamen illi vt oportuit resisterent.
Ob idem autem vitium Lucifer cum tota co-
horte sua è cælo detrusus est. Porro quoque
ex hac rupe præcipites sub rete labuntur, illi
omnium Christianorum longe perniciosissimi
sunt. Enimuerd lucidissimis diuinæ gratiæ
splendoribus affecti suère, atque eam lucem ad
errores & hærefes, quibus homines euerunt,
fabricandas transferunt, & sunt ipso quoque
dæmone studiosius cauendi atque vitandi. At-
que reuerà simplicibus Christianis maximè
necessarium foret hisce periculosis temporibus
eos posse cauere. Nam huiusmodi pelles pluri-
satis increfcunt & prævalent. Sane donec cor-
pus cum anima cōiunctum est, nunquam quic-
quam in hac vita tam sublimiter vel profun-
de in suam pertingit originem, quin dæmon
inde eam detrahere moliat: id quod facit in
ipso

ipso Christo declarauit, tentans & impugnans
 eam. H. Quoniam in precio apud te sunt Domi-
 ne huius rupis incolæ? D. Tam immenso eos a-
 more Deus prosequitur, vt si quis vnus ex illis
 pro quadam causa ipsum precetur, & tota Ec-
 clesia eodem tempore in diuersum oret, illum
 vnus Deus, quam alios omnes, exaudire ma-
 lit. H. Immenso me afficit gaudio ad spectus
 horum Deus benignissime. Quæ igitur illic sen-
 tiuntur gaudia, vbi tu ipse sine medio palam
 conspiceris? D. Si quis vnus omnium & ange-
 lorum & hominum sensibus & viribus prædi-
 tus foret, non posset tamen vel minimum cõ-
 prehendere gaudium, quo Deus cum suis frui-
 tur amicis in cælo. H. Adhuc mi Domine in ea
 maneo sententia, cum primis esse necessarium
 Ecclesiæ, plures huius rupis superesse habita-
 tores, qui pro Ecclesia obsecrarent. D. Tam
 paucos nunc id genus homines inueniri, quan-
 doque suo malo sentiet Ecclesia. H. Equidem
 confido mi Domine, donec vel pauci ex illis
 superuixerint, illorum causa te Ecclesiæ propi-
 tium fore.

Gaudium a-
 micorum Dei
 in cælo ineff-
 tabile.

D. Sed quando hominum scelera DEVS
 diuini ferre non vult, tædetquet humana
 malitiæ iustitiam illius, omnem istis homi-
 nibus pro Ecclesia orandi virtutem & faculta-
 tem aufert.

H. Spero necdum adesse diem illum, quo
 mundum perire fines. Namque mihi videre
 videor electorum numerum nondum com-
 pletum esse. D. Verum est id quidem. Sed sicut ^{Gen 7.}
 olim ob peccata hominum permisit diluui-
 o interire mūdum vsque ad animas octo, ex qui-

Dd 5 bus

bus mortalium genus instauratum est: ita san-
nimiam horum temporum improbitatem
Deus diu perpeti non vult.

H. Liberet nunc ex te percontari Domine,
quamdiu homines istos, qui tua causa sangui-
nem & medullas suas mortificaverunt atque cō-
sumpserunt, in hac rupe commorari permise-
ris, antequam eis suum contemplandi princi-
pium feceris potestatem? D. Quidam id con-
templari sinuntur etiam antequam huc perue-
nerint, sed ij deinceps vsque ad obitum pluri-
ma habent perpeti, vt perspicue in D. Paulo li-
cet animaduerti. Nonnullis id adspiciendi co-
pia fit simul atque in hanc aduenerint rupem:
alijs altero vel tercio, alijs quinto vel decimo
anno post rupis huius ascensum. Quosdam ve-
rò etiam vsque ad extremum vitæ diem inibi
Deus exarescere sinit, atque in ipso penultimo
spiritu eius contemplandi copiam illis facit.
Quibusdam planè manet abditum, tabescuntq;
& arescunt, donec animam fundant. Quæ vide-
licet occulta sunt Dei opera, quæ homines in-
uestigare vel scrutari non decet. Quod autem
tam dissimili agit ratione cum præclaris hisce
hominibus, non alia ratio est, nisi quod ipse
perspicue nōrit, quid singulis cōueniat, & quid
ex cuiusque salute ac vsu sit. Sed nunc his om-
nibus perspectis, vide obsecro, quā paucos vere
morigeros & resignatos homines in hac habi-
tat ætas, præterquam qui in hac rupe degunt.

H. O si indignus ego obsecrare te auderē, (ex-
cedit enim vires meas, sed tibi nihil est impos-
sibile) vt me apud huius rupis incolas habitare
sineres. Ne quæso Domine precē hanc indignè
feras.

feras, si vlla ratione fieri potest, adiuua tu me, qui potes omnia, vt amabilium hominum i-
storum seruus esse merear: nam alioqui plane
indignus sum. D. Facile Deus humilitate superari potest. Quia cum præditum te sciat, non
modo id præstabit tibi vt apud istos commo-
reris, sed etiam tuam contempleris originem.

H. Id planè mihi absurdum videtur. Qui nã-
que vilissimus ego id obtinere queam, quo me
vsque adeo indignum noui?

*Vt homo iste coactus sit à Deo suam contem-
plari originem.*

CAPVT XXXII.

DEVS: At nunc obedias DEO, apertis-
que internis obrutibus, ad conspicien-
dum principium tuum tete accinge. Qui-
bus verbis exterritus homo ex animo, ait ad
Dominum: Obscuro Domine propter temet-
ipsum & omnem bonitatem tuam, tanto me
honore ne oneres, si quidem eo me indignum
atque inidoneum agnosco: si tamen id pe-
tare me fas est, & quatenus tuæ est consen-
taneum voluntati, patiaris me (quæso) di-
uersum orare, quandoquidem id vsque adeo
me dedacet. D. Mitte hos sermones namque
sic fieri necesse est. Scribas oportet quic-
quid verbis exprimi, aut sensibus compræ-
hendi potest.

H. Quid est Domine Deus, vt mihi reuelare
velis, quod charissimis amicis tuis tectum ma-
net & incognitum, eisque manifestare differs,
qui

qui tamen tanto iam tempore seueris & arduis
 festandis exercitijs præcellam hanc coluere ru-
 pem? Per teipsum te obsecro, ne me indignum
 hoc immenso honore afficias, D. Acquiesce pe-
 titioni meæ, sic enim fieri necesse est. Sed tamen
 ante obitum tuum ea de causa multa aspera &
 acerba perpeti habebis. H. Id equidem non ve-
 reor: quando tu Deus meus propter me mis-
 rum tanta perpeffus es. Fac mecum Domine
 Deus, qui sum miserrima & indignissima cre-
 atura tua, quicquid tibi visum erit in tempore
 & æternitate. Posteaquam sese resignauit ho-
 mo, mox illi originis porta patefacta est, ad-
 spexitque principium siue originem, ita vix
 momenti spatium illa visio duraret: qua finita,
 tanto se gaudio & lumine plenum reperit, in
 omni fundo suo, vt totus à se deficiens, nihil
 sciret de tempore. Deinde vbi sibi reddidit
 internum illud gaudium & lumen tam ultra
 omnem modum ingens & ineffabile fuit, vt
 totus corpore contremiscēs cogitaret vbinam
 fuisset, aut quid miri sibi accidisset, vnde cor-
 pus & anima sua tam immēsis abundaret gau-
 dijs, atque aliquamdiu sic secum sedit cogita-
 bundus: sed quo cogitabat attentius, eo minus
 percipiebat, quidnam fuisset. Cogitabat secum,
 se libenter vt erat iustus, scriptis tradere velle
 & eloqui quod viderat, sed nec minimū quip-
 piam eorum quæ in principio conspexerat, aut
 verbis exprimere, aut scriptis mandare potuit.
 Deinde cœpit velle tanquam sub formis & si-
 mulacris compræhensum prodere, sed efficere
 non potuit, siquidem longè excedebat. Post eo
 vsque inde cogitare statuit, donec ratione de-
 sensi.

senfibus id affequeretur, sed ijs longè superius erat. Denique tamdiu & multum inde meditari constituit, donec quandoque id agnosceret. Sed quanto magis medicabatur, eò minus agnoscebat: siquidem cognitionem illius omnè, & quicquid vnquam vel auditu, vel intellectu percepisset, transcendebat. Ait igitur ad Dominum: Admiror satis Domine, quid sibi voluerint verba tua, quibus dixisti, adspicere me debere & scriptis tradere, quicquid describi posset. Enimuerò ne verbum quidem hic proferre noui, neque intellectu meo id attingere, neque vbi fuerim, vel quid audièrim noui: nãque abundantissimis gaudijs plenus sum, neq; video vt ea continere aut excedere queam, vt non magno impetu erumpant.

D. Minimum, quod in Deo sentitur gaudium, omnem huius mundi lætitiã & voluptatem, etiam si tota in vnum confletur, excedit.

Minimum in Deo gaudiũ omnẽ mundi lætitiã excedere.

H. Miror valde, cor meum præ nimia gaudiorum exuperantia non scindi penitus. O si exte sciscitari auderem, nec te respondere pigeret, quidnam viderim, & vbi fuerim: siquidẽ inde nihil neque verbis eloqui, neque scriptis proderè possum. D. Tuam adspexisti originẽ. Neque mireris eam te neque verbis proloqui, neque intellectu assequi posse. Nam si vnus aliquis mortalium omnium, qui vnquam in terris fuerint, sensibus & ratione esset præditus, non posset viribus proprijs vel minimum aliquid illius quod intuitus es, capessere. Itaque illud compræhendere non labores. Siquidem omnem humanam excedit rationem & intel-

ligen-

ligentiam. Cumque id ipse videres, creature
 omnes tibi exciderunt, & Creator ipse tibi spon-
 sa loco obuinit, atque in præclarissimo illo
 fuisti gymnasio, vbi Spiritus sanctus Ludima-
 gister est. Vbi autem ad hoc gymnasium tua
 peruenit anima, vidit id totum vndique lue-
 ris vera luce & discretionem refertis plenum. Quis
 perspecto, ineffabili est repleta gaudio, totaq;
 sitibunda præ exultatione extra sese inter illas
 literas proficiens, in omnem se partem conu-
 lit, donec vero esset repleta lumine, veramque
 obtinisset discretionem. Denique in hoc e-
 dem præstantissimo gymnasio ab ipso summo
 Doctore vel Pædagogo tanta est anime tuæ in-
 fusa amoris exuperantia, vt in ipsum corpus
 redundaret. H. Mox vt originem intuitus sum,
 tam ineffabilem nouam & admirabilem in a-
 nima mea sensi dilectionem, quod libérrime
 pœnas omnes animarum omnium in Purga-
 torio degentium pertulisset, vt à pœnis esset
 absolutæ: vsque adeo illas miserabar. In natu-
 ra quoque mea tantum sensi amorem, licet na-
 tura id abhorreat, vt passio tua ita me crucia-
 ret, mortisq; tuæ tam immensus me obtineret
 amor, vt dirissimam crucem vel afflictionem,
 mortemque omnium, quæ excogitari possint,
 turpissimam sitirem: eiusdemq; ardentissimo
 desiderio etiam anima capiebatur, idq; in ho-
 norem & gloriam mortis tuæ. Naturam quoq;
 meam pro cunctis Mundi peccatoribus, & pro
 mortalium omnium in terris degentium pœ-
 nis & afflictionibus patiendi incessit cupido, si
 sic tibi placuisset. D. Noueris amorem istum &
 excellentissimam gratiam siue donum, in dig-
 nissima

nissima Sanctispiritus schola te adeptum esse.

H. Si me vnum mortaliū omnium cruce omnes pro tui laude & honore perpeti licuisset, summo id mihi fuisset gaudio. D. Certus sis, neminem vnquam tam sublimem in se Dei charitatem experiri, nisi ad hunc pertigerit gradū.

H. Si voluntatis esset tuæ, libenter aternos inferorum cruciatus pro tui honore subirem, vt mortalibus cunctis perspecta forent, quæ me indignum ex immensa misericordia tua videre permisisti. D. O si homines superstitēs propriæ suæ voluntati magno animo valefacerēt, & nouem hæc præcellas viriliter rupes transcendere non dubitarent, Deoque hac in parte morem gererent, eos absque dubio eò eucheret atq; sua ope perduceret, quò te perduxit.

H. Neminem prorsus hominū noui, cui non zquè ac mihi, ex animo id cupiam & velim. Tantis tamq; immensis me redundare gaudijs, stupere non desino. D. Tamen vide, ne nimium præcellenti huic dono præfidas. Namq; vbi visum erit Deo, penitus id retrahet ad sese, atque in tanta te deseret inopia ac ignorantia, ac si nihil vnquam de Deo comperti habueris.

H. Ne indignè feras Domine, quod dicturus sum: Tantus me medullitus tui cepit amor, vt non putem totis potentiæ tuæ viribus quicquā te posse agere, quod moleste sibi laturus. Quicquid enim feceris, id ex ingenti erga te amore non poterit mihi non esse gratissimum; neque possim optare aliud, etiam si optima facultas mihi data sit. Nam cuncta quæ agis, optima sunt. Siue igitur largiaris, siue auferas, equè mihi gratum est.

D. Vide

Matth. 26.

D. Vide ne idem tibi vsu veniat, quod Dicitur Petro, qui & ipse grandi erat fiducia & magnanimitate præditus, sed vbi periculum imminere sensit, animus ei in pedes decidit.

H. Equidem mi Domine, totum me tua benignitati & misericordiae permitto.

Prosequitur quæ de nona rupis incolis dicitur instituat.

CAPVT XXXIII.

AGè nunc rupes omnes & rete illud, quod per totum orbem expansum est, respice. Adspexit homo sub rete, viditque duos versari homines, quorum alter totus instar angeli lucidus & elegans, alter totus obscurus & ater perinde vt dæmon, præterquam hominis gerebat speciem, videbatur. H. Mi Domine, quinam sunt homines isti? D. Is qui sub rete graditur, haud secus quam diabolus niger, quandoque huius rupis habitator fuit, sed inde proiectus est, sicut Lucifer. Quamnamque sui complacentia titillari coepit, atque ex ea complacentia multa cum hominibus colloquia miscuit, & aliquid esse & haberi voluit ex seipso. At nunc omnium quos orbis habet, spurcissimus est. Siquidem ea quæ docet, erroribus & hæresi obnoxia sunt, atque præ cunctis dæmonibus diligentius fugiendus est. Huius sectatores tam multos sub reti dege-
 conspexit homo iste, vt eum ex animo miseresceret. In namque Christianorum omnium perniciosissimi sunt.

Christianorum
 omnium per-
 niciosissimi
 qui

H. Qua

H. Qua ratione hoc fallax hominum genus
 molle licebit? D. Subtilem quendam ac sua-
 nem & mollem tradunt viam, ad quam alio-
 qui ipsa natura, præsertim hoc æuo, propensa
 est. H. Quis est alter ille tam splendidus sub
 rete?

D. Is quoque suam est intuitus originem, at-
 que in horum amantissimorum hominum vi-
 xit contubernio, sed ex ingenti erga proximos
 amore & misericordia, demisit sese sub rete &
 miseris iunxit peccatoribus, si quem forte di-
 uina adiutus ope, conuertere, atque ex peccatis
 extrahere queat. Idem autem ipse procul respi-
 cit, agnoscitque quam miseradum in modum
 Christiani sub reti summo cum periculo ia-
 ceant, optatque mortis ferre supplicium, vt eos
 ex peccatis possit educere, eò quod seuerissima
 Dei iudicia post hanc vitam impijs ferenda,
 dilucidè perspecta habeat.

H. Habene mi Domine Christianus orbis
 multos ita illustres & splendidos homines?

D. Certè tam paucos habet, vt id ægrè laturus
 sis, si videre oporteret. H. Timene homi-
 nes isti? D. Timent quidem, sed hoc solū, quod
 Domino Deo suo non satisfaciant, nec eius se-
 tentur exemplar, ita vt vellent. Non metuunt
 neque Purgatorium, neque infernum, neque
 demones, neque homines, neque mortem,
 neque vitam, sed timor omnis eis ablatu-
 s, præter tamen timorem filialem, qui in eis ma-
 net, donec in hac vita supersunt. H. Habentne
 isti adhuc viuere?

D. Habent nimirum, neque appetunt aliud,
 quam verum exemplar Christum Iesum ad

Ee vlti-

Summe in
 hac vita per-
 fectos om-
 nis umbris,
 præter filia-
 lem, exper-
 tes.

ultimum vsque spiritum imitari. Præcipua
autem eorum crux ea est, quod Ecclesie
Christianorum horrenda pericula bene
runt, eorumque dolent vicem. Porro tam copiose
se diuinitus illustrati sunt, vt facile animas
uertunt, quibus singuli homines alioquin boni
diffineantur impedimentis, ne ad suam progredi
diantur originem: cumque adspiciunt, vt homi
nes isti propriae suae voluntati atque vitij im
plici ac irretiti sint, condolent eis, atque hanc
crucem post Christum caput suum ad mortem
vsque ferunt.

H. Suntne de æterna securi beatitudine? D.
Seipsis abnegatis, vnum cum Deo effecti sumus.
Quo igitur illos ablegare possit? Num amicos
suos daemonum manibus permittet? Id eum vi
tique non decet. Itaque dum homines isti mori
runtur, eodem momento caelos penetrant.
Nec quisquam eos in hac vita, nisi Deus seipso
consolari potest.

H. Quid causa est, quod hodie omnis pietas
ac optima constitutiones in Ecclesia tam mi
serè pessum abeunt? D. Olim superioribus
seculis, si quid grande fuisset agendum, Deus
& eius amici consulebantur. At nunc si Ecclesia
affligeretur & laboraret, velitque vnusquisque
ex his præclaris hominibus ex Sancto imperatoribus
eis siue in secularibus, siue spiritualibus rebus
consilium præstare, ludibrio eum habent &
stultum putant. Et tamen si vni alicui ex his
rotius Ecclesie cura commissa foret, melius
eam & rectius iuxta decreta & constitutiones
omnes moderaretur, quam quouis alius, idque
paruo negotio. Verum licet in eis sanctus ma
near

Crux perfe
ctorum pra
cipua qua.

Constitutio
nes bona cur
in Ecclesia
perditu eant.

reat Spiritus, tamen opprimuntur, deriden-
 tur, & pro nihilo ducuntur. Sed his omissis, dic
 mihi, num bene affectus sis, quid sibi ea re vo-
 luerit Deus, quod initio excelsum tibi mon-
 strauit montem, in cuius suprema planitie pis-
 ces multi erant, qui ex ipso monte per rupes
 decidebant, cumque venissent ad ima, per flu-
 uios omnes, totumque mundum peruagaban-
 tur, plurimis interea captis: vbi verò mun-
 dum iam circuissent, atque ad montis essent i-
 ma reuersi, admodum numero imminuti vi-
 lebantur, iidemque per aquas & montem sur-
 sum ultra celsas nitebantur rupes, sed vnda
 decurrens eos deorsum secum rapiebat, & quo-
 ties ad montis pertigissent verticem, inde rela-
 bebantur, ita vt nonnulli emorerentur. Vidi-
 sti tum, tam crebro id eos attentare, antequam
 rupes transcendere possent, vt paucissimi in
 montis fastigium peruenirent. Dic igitur,
 num probè hæc intellexeris. H. Equidem a-
 nimaduerto cuncta hæc significasse aliquid:
 Sed benignissime Deus, miserere Ecclesiæ verè
 misera. D. Quid miserebor? videsne vt con-
 temnant omnia? iam ante clementer præmo-
 nauit eos Deus ingenti peste & morbis, & prius
 etiam alijs signis & argumentis, modo prospe-
 ris, modo aduersis, sed nihil profecit. Dei timo-
 rem planè nihili ducunt, seque id semper per-
 peti potest Deus, quandoque alia experientur.
 Nam aliquod retrò seculis non tanta fuit ho-
 minum improbitas vti nunc est. Haud secus
 viuunt quam oues errabundæ, nec amicis Dei
 fidem commodare volunt. Olim Deus & in
 veteri & in noua lege specialibus amicis suis

sua retelavit secreta, idque æque hodie, atque
tum temporis, facit. Non enim minus id tam
potest, atq; olim. Quisquis id credere non vult,
eius ruina hinc capit initium, & durabit in æ-
uum sempiternum.

H. Terribile hoc est Domine pro cunctis vi-
tæ suæ emendationem inchoantibus, & se-
corrigere cupientibus, & tamen amicis tuis mi-
magnoperè fidem adhibentibus, eo quod dicta

Homini vitæ
melioris stu-
dio quid
vtilissimum.

ipforum non capiant. D. Et quinam possunt
eos capere, cum vsque adeo ab ipso vitam dis-
crepent? Aiunt se eos nō nōsse, sed indigni sunt
eorum habere notitiam, idq; ea de causa, quod
minimè parati sint eorum dictis obtemperare.
Et tamen hominibus bonam vitam aggregan-
tibus cum primis vtile foret, aliquem Dei ami-
cum inquirere, ei morè gerere, ac Dei loco se-
resignare, cum illo que solo miscere colloqui,
omniq; studio sibi cauere ab hypocritis & he-
reticis, qui iam passim circumcursant, multo
instructi verbis acutis & subtilibus, quæ iam
frequentius, quam diuinæ scripturæ veritas
audiuntur. Esset sane perquam necessarium,
simplicibus & rudibus quibusque, vt sub Chri-
sti fugerēt crucem, & huius farinae hominum
fallacissimam vitarent sodalitatem & com-
munionem, prauaque consilia. H. Equidem
sentio, si simplex quispiam integrè & consue-
ter sese ad te conuerteret, paratus vni tibi vi-
uere, & creaturis omnibus valefacere, illico te
ei laturum opem, tuamque gratiam præstare-
rum. D. Paratus esset Deus suam impartiri gra-
tiam, si vasa capacia adessent. Homines presen-
tis æui, non nisi se ipsos querunt & aucupantur,
solam

solaque dona Dei amant, vnde raro magnam Dei gratiam percipiunt, vtpote illius minimè capaces. Non enim audent ac infracto animo, Gratiz Dei qui cur minimè me capaces. veraque ac humili sui resignatione ac submissione intrò se conferunt. Quod si quis ita ageret, in eo sane propensius modo Deus, quam vnquam antehac, magna quædam operaretur. H. Si plures superessent, qui ita se gererét, nihil dubito, quin Ecclesiæ propitius fores.

D. Multis retrò seculis non adeo misertus est Deus vt hisce temporibus, quibus multa nimis tolerat, patitur, parcit, monet, expectat diem ex die. Pater quidem ante plures annos Mundum ad paucos vsque homines delere decreuerat: sed Filius intercedens, rogauit vt suspenderet sententiam. H. Obsecro Domine, memineris immanium cruciametorum tuorum & acerbissimæ mortis tuæ, atque omnis miserandæ perpeffionis tuæ, & miserere Ecclesiæ tuæ, expectesque aliquamdiu, efficiasque vt sese emendent. Nullane via aut ratione commode efficiere potes, vt in aliquem meliorem redigatur vita ordinem, magisque te vereantur?

D. Ecquid tandem illis faciet Deus? Ipse tamen vides, quicquid illis facit Deus, nihil prodesse. Impiè & peruerse nimis viuunt, & multi omnis sunt diuini timoris expertes. Id verò Deus Pater nulla ratione diutius perpeti vult. H. O Domine Deus, miserere illis.

D. Quo pacto illis miserebitur Deus? Iam vsque adeo in peius abièrunt, vt diuina iustitia tandem ferre non possit. Itaque vbi illud aduentarit tempus, iam tum omnes tuæ & aliorum Dei amicorum preces desinent, permittetque

Ee 3 Deus

Deus Pater Filio suo omnem ipsi haecenus irrogatum, & qui hisce periculosis temporibus etiamnum irrogatur, vlcisci contemptum de iniuriam. H. Non video Domine, quid amplius dicam, nisi vt pro tua immensa misericordia cum illis agas. Sed nunc, obsecro, vnam licet adhuc quaestionem mouere tibi, ac deinde nullam. Qui digni sunt suum contemplari principium, perfectione inde in vita hac temporaria perfruuntur gaudio? D. Ineffabilibus abundant gaudijs. At tamen plenum hoc temporariae beatitudinis gaudium tam impar est futurae felicitatis gaudijs, quam tempus aeternitatis. En confirmo tibi, internam quandam occultam te perpeffurum crucem ad mortem vique. Et hic sit finis colloquij nostri. H. Fiat Domine voluntas tua. Equidem Domine tuum opus obferari exemplar donec vixero, quoad viret aeternitatem.

Matt. 6. & 26.

Posteaquam libellus hic omnino descriptus fuit, retraxit Deus cuncta iam memorata secunda dona sua, in tantaque hominem in tanta penuria reliquit, ac si nihil vnquam de Deo comperisset: atque insuper immanissima eum permisit tentatione vexari, quae etiam sensus humanos omnes excederet. Et viuit etiamnum homo iste, putatque se donec vixerit, ea tentatione laboraturum, nec aliud nisi crucem petit.

Libellus hic scribi coeptus est in leuino Quadragesimali, anno post Christum natum 1352. Non est tur quisquam sciscitetur, cuius opera in hoc conscribendo Opusculo Deus vult fit. Siquid in homo iste diuinæ confidit benignitatis.

gitari, donec vixerit, nunquam id cognitum
tamenetsi diuine permiserit voluntati, vtrum
vel fiat, vel non fiat.

DEO GRATIAS,

PIO LECTORI F. LAURENTIVS
Surius Carthusianus, S.

E Aqua hoc libello de nouem Rupibus & ea-
rum incolis dicta sunt, aliquot locis subob-
scura sunt. Itaque in tui gratiam placuit e Ger-
manico conuertere & hic adycere paulo diluci-
dorem, quamuis compendiarium earundem de-
clarationem, editam ab insigni Theologo D.
Henrico Harphio, qui & sanctitate.
& eruditione celebris
habetur.



Ee 4

EXPLA-